



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

Liber CCXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

## LIBER CCXVI.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIMUS  
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Actum Romæ de edenda Constitutione  
Pontificia contra Quesneli  
errores.*

*Dorsan.  
Journ. de  
l'Hist. t. I.  
pag. 39.  
Præf. Hist.  
pag. 27.*

**I**nterim vehementer urgentibus Ludovico XIV. Galliarum Rege, & pluribus Franciæ Episcopis Deputati Cardinales & Theologi conficiendæ Constitutioni contra Quesneli librum strenue Romæ desudabant: Habebantur a die decima quinta Januarii singulis septimanis duæ Congregationes, quibus Clemens Pontifex, etiam satis affecta uteretur valetudine, semper intererat, tantaque eruditionis ubertate differebat, ut argumentum, de quo agebatur, plene exhaustisse videretur.

cum autem ex Cardinalibus solus Fer-  
rarius, & inter Consultores Le Drou, Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.  
qui Pontifici a Sacello erat, literis Gal-  
licis doctissime eruditi essent, hinc Pon-  
tifex ad facilitandam propositionum in-  
telligentiam ceteris latinam reflexio-  
num versionem Lovanii impressam sub-  
ministravit. Decerpebant examinato-  
res ex Quesnelli libro plurimas propo-  
sitiones, quas mature cum fidei doctri-  
nis conferebant, cunctosque verborum  
apices ad pondus sanctuarii & Theo-  
logiæ trutinam revocabant: Solerter  
etiam propositiones, quas censuris ob-  
noxias censebant, discutientes, an non  
in sensu Catholico explicari possent,  
examinabant, ac desuper sæpissime in-  
ter se conferebant. Tenuit hæc Theo-  
logorum discussio integrum ferme bien-  
nium, tandemque die secunda Augusti  
Congregationibus finis imponebatur.

## §. II.

*Constitutio contra Quesnelli reflexio-  
nes a Pontifice promulgata.*

Postquam Deputati propositiones ex *Act. publ.*  
Quesnelli libro depromptas sum- *Const. p. 20.*  
mo Pontifici exhibuerant, hic re ma-  
turius ponderata, sæpiusque ad incu-  
dem revocata, consultis etiam aliis  
Cardinalibus & Theologis tandem tot  
*Hist. Eccles. Tom. LXVIII. li Gal-*

Sæc. XVIII. Gallorum votis exoptatam Constitutionem conficere statuit. Præprimis vero indictis publicis precibus in tanti momenti negotio religionem, sanctæque Sedis honorem concernente Divinam opem exorabat: demum vero Fabronius Cardinalis hanc Constitutionem, quæ incipit: *Unigenitus* confecit, quam a Cardinalibus & Theologis die octava Septembris subscriptam Pontifex tertia post die Romæ promulgavit: Hujus Constitutionis tenorem necnon centum & unam propositiones cum passim ubique reperiantur, hic non referimus, earum tamen censuram prætermittere non possumus: „Auditis „itaque, inquiebat Pontifex, tum voce „tum scripto nobis exhibitis præfatis „rum Cardinalium, aliorumque Theologorum suffragiis, divinique imperis luminis, privatis ad eum finem „publicisque etiam indictis precibus „implorato præsidio, omnes, & singulas Propositiones præinsertas, tales, quam falsas, captiosas, male sonantes, piarum aurium offensivas, scandalosas, perniciosas, temerarias, Ecclesię, & ejus praxi injurias, de „que in Ecclesiam solum, sed etiam „in potestates sæculi contumeliosas, seditiosas, impias, blasphemias, spectas de hæresi, ac hæresim ipsam

„sapientes, necnon hæreticis, & hæ- Sæc. XVIII.  
 „resibus, ac etiam schismati faventes, A. C. 1713:  
 „erroneas, hæresi proximas, pluries  
 „damnatas, ac demum etiam hæreti-  
 „cas, variasque hæreses, & ipotissi-  
 „mum illas, quæ in famosis Jansenii  
 „Propositionibus, & quidem in eo sen-  
 „su, in quo hæ damnatæ fuerunt,  
 „acceptis continentur, manifestè inno-  
 „vantes, respectivè, hac nostra per-  
 „petuo valitura constitutione declara-  
 „mus, damnamus, & reprobamus. „

„Mandantes omnibus utriusque se-  
 „xus fidelibus, ne de dictis Propositio-  
 „nibus sentire, docere, ac prædicare  
 „aliter præsumant, quam in hac ea-  
 „dem nostra constitutione continetur;  
 „ita, ut, quicumque illas, vel illarum  
 „aliquam conjunctim, vel divisim do-  
 „cuerit, defenderit, ediderit, aut de  
 „eis etiam disputative publice, aut pri-  
 „vatim tractaverit, nisi forsan impu-  
 „gnando, Ecclesiasticis censuris, aliis-  
 „que contra similia perpetrantes, a  
 „jure statutis pœnis ipso facto absque  
 „alia declaratione subjaceat. „

„Ceterum per expressam præfata-  
 „rum propositionum reprobationem alia  
 „in eodem libro contenta nullatenus  
 „approbare intendimus; cum præser-  
 „tim in decursu examinis complures  
 „alias in eo deprehenderimus proposi-

Sæc. XVIII

A. C. 1713

„tiones illis, quæ, ut supra, damnate  
 „fuerant, consimiles, & affines, is-  
 „que erroribus imbutas: nec sane pau-  
 „cas sub imaginario quodam veluti  
 „grassantis hodie persecutionis obtentu  
 „inobedientiam, & perveraciam nu-  
 „trientes, easque falso Christianæ po-  
 „tentiæ nomine prædicantes, quas  
 „propterea singulatim recensere, & mi-  
 „nis longum esse duximus, & minime  
 „necessarium, ac demum quod intelli-  
 „rabilius est, sacrum ipsum novi Testa-  
 „menti textum damnabiliter vitiatum  
 „compererimus, & alteri dudum re-  
 „probatae versioni Gallicæ Monteni in  
 „multis conformem: a vulgata veteri  
 „editione, quæ tot sæculorum usu in  
 „Ecclesia probata est, atque ab ortho-  
 „doxis omnibus pro authentica haberi  
 „debet, multipliciter discrepantem, &  
 „aberrantem, pluriesque in alienos  
 „exoticos, ac sæpe noxios sensus, cum  
 „sine maxima perversitate detortum.

Declarabat ergo Pontifex, quod  
 cetera in eodem libro contenta nulla-  
 tenus approbare intendat, cum plures  
 aliæ propositiones damnatis haud ab-  
 similes ibidem deprehensæ fuerint, ac  
 propterea eundem librum, ejusque le-  
 ctionem, detentionem & usum sub poe-  
 na excommunicationis ipso facto in-  
 currendæ omnibus & singulis inter-  
 dixit.

S. 111

Sæc. XVIII.

A. C. 1713.

## §. III.

*Eadem hæc Constitutio a Papa in Gallias transmissa.*

Quamprimum Cornelius Bentivolius *Acta publ.*  
 Apostolicus in Gallica Aula Nun- *l. c. p. 33.*  
 tius hanc Constitutionem receperat, *Epist. Clem.*  
 mox illam Ludovico Regi tradidit, una- *XI. p. 1891.*  
 cum literis, quibus Pontifex eundem  
 Regem, ut eam in Universo Regno  
 acceptari curaret, impense rogabat,  
 hæc ad eum die decima Septembris  
 perscribens: „Apostolicam Constitu-  
 „tionem super famoso observationum  
 „in novum Testamentum gallico libro,  
 „quam pastoralis muneris nostri exi-  
 „gente debito, ac majestate tua pro  
 „ingenito Religionis Zelo, ardentius  
 „postulante nuper edidimus; nostro  
 „tibi nomine exhibebit Venerabilis Fra-  
 „ter Cornelius Archiepiscopus Cartha-  
 „ginensis Nuncius apud te noster, qui  
 „& Majestati tuæ uberius explicabit,  
 „nulli nos studio, aut labori pepercisse,  
 „ut a Catholica Ecclesia, tuoque præ-  
 „sertim florentissimo Regno, perversæ  
 „Doctrinæ luem, quæ hætenus eo no-  
 „centior extitit, quo occultior, avertē-  
 „remus. Magna profecto nos admira-  
 „tio subiit, & admirationi non impar  
 „dolor, quod tot, tantique uno, nec

li 3

„ad-

Sæc. XVIII. „admodum grandi libro errores cum-  
 A. C. 1713. „lari potuerint, ac fallaci penitus arte  
 „noa ad Ecclesiæ solum, sed ad ipsius  
 „Reipublicæ perniciem accommodari  
 „inspirato scilicet sensim Christianis po-  
 „pulis sub speciosa virtutis larva pote-  
 „statis tam Ecclesiasticæ, quam sæcu-  
 „laris odio æque, ac contemptu. Porro  
 „in Deo firmam habemus fiduciam, et  
 „iusdem nostræ constitutionis beneficia  
 „omnia in viam veritatis, ac unitatis  
 „tranquillitatem restituenda esse, id  
 „que ut facilius, atque feliciter ad-  
 „quamur, efficax ab eximia Majestatis  
 „tuæ pietate, quod & alias experi-  
 „mus, & in hac potissimum causa  
 „Nobis omnino sperari iussisti, auxilium  
 „præsidiumque vehementer exposcimus  
 „quo repulsis tandem aliquando quæ-  
 „busvis inobedientium, ac inquieto-  
 „rum hominum veritati non acquie-  
 „scentium conatibus, in universa  
 „tione tua præsens Apostolicæ Sedis  
 „iudicium debita ab omnibus reveren-  
 „tia excipiatur, religioseque, ac firmi-  
 „ter observetur. Ita nimirum, chari-  
 „sime Fili Noster, sicut Gallicani olim  
 „Antistites piissimo prædecessori tuo  
 „præclare scripserunt, per regnum ter-  
 „renum cæleste regnum, id est, Ca-  
 „tholica Ecclesia proficit, ut cui in-  
 „tra eam positi contra fidem, & disci-  
 „plinam



„plinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesia exercere non prævalet, cervicibus superbiorum potestas principalis imponat. Sperantes itaque, quod non sit labor noster futurus inanis, tibi quoque, qui extirpandis ejusmodi damnatis erroribus hæctenus tanta cum laude adlaborasti, paterno corde merito gratulamur, ac præstantiora quæque in dies de tuo in nos & hanc sanctam Sedem studio præsumentes in constantissima regalis animi tui religione plane conquiescimus. Quæ omnia fusius ex dilecto Filio nostro Josepho S. R. E. Cardinali de La Tremoille, cum quo hac de re pluribus egimus, accipiet Majestas tua, cui interim Apostolicam benedictionem amantissime impertimur.,

§. IV.

*Hujus Constitutionis recognitio in Gallis facta.*

Priusquam Pontifex hanc Constitutionem in Gallias mitteret, illius exordium & epilogum, uti promiserat, Tremollio Cardinali exhibuit, qui tamen nonnulla verba, quæ Gallis offensionem esse possent, suppressi rogavit, quibus etiam mox præsentem eodem

*Lafiteau  
Hist. de la  
Const. t. I.  
pag. 144.  
Dorfan.  
Journal.*

Sæc. XVIII Cardinale correctis Pontifex quatuor  
 A.C. 1713 Constitutionis exemplaria Tremolio  
 tradidit, ad Ludovicum Franciæ Re-  
 gem transmittenda. Insimulat pepe-  
 ram recentior quidam Author Pontifi-  
 cem de violata promissi fide, eoque  
 præfatæ Constitutionis typum, prius-  
 quam Romæ promulgaretur, juxta ite-  
 ratam promissionem Regi submittere  
 neglexisset: Ast ipsemet hic Author re-  
 fert, quod Pontifex hanc Bullam Patii  
 Telliero Regis Confessario transmie-  
 rit, *ut suæ promissioni satisfaceret*, ac  
 propterea Rex de Pontifice, ac si data  
 fidei desuisset, nunquam questus esset:  
 aliunde vero Rex nihil libertatibus Gal-  
 licanis, & Parlamentorum principis  
 adversum inferi desideravit, cujus voto  
 per Tremolii Cardinalis correctionem  
 Romæ satisfactum, eidemque Consti-  
 tutionis præambulo, ejusque conclu-  
 sione exhibita; ipsam vero fidei defi-  
 nitionem Parlamenti judicio relinque-  
 re, hæcenus inauditum fuisset: Die  
 erat vigesima quarta Septembris, qua  
 Regi tum Fontis Bellaquei degenti præ-  
 fata tradebatur constitutio, tanto ex-  
 cepta gaudio, ut Rex de insignis vi-  
 storix nuntio majorem lætitiã explicare  
 haud potuisset, mox ergo per  
 Torcyum Marchionem unum illius  
 exemplar ad Noailium Cardinalem  
 alte

alterum ad Regii Senatus Præsidentem <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
transmitti, præcepit, præfatoque Car- <sup>A. C. 1713.</sup>  
dinali injunxit, ut cum Voisinio Viro  
eruditione ac Religionis studio satis  
inlyto de congruo hanc Constitutio-  
nem acceptandi modo conferret. Post-  
quam igitur Cardinalis Noaillius li-  
brum, quem ipse approbaverat, a sum-  
mo Pontifice damnatum ejusque Bul-  
lam in Regis manibus jamjam versari  
intellexerat, sero nimis dolebat, quod  
maturam approbationis revocationem  
suadentibus obstitisset, ut tamen ali-  
quatenus nominis sui maculam elueret,  
paulopost, ac rursus die vigesima quinta  
Februarii anno sequenti edita Instru-  
ctione Pastoralis approbationem suam  
solemnius revocabat. Interim Voisi-  
nius Parisios ad Noaillium Cardina-  
lem delatus, eidem proposuit, aptissi-  
mos Pontificiam Constitutionem acce-  
ptandi modos esse, vel per Episcopos  
tum Parisiis agentes, vel per Provin-  
ciales Synodos, vel per singulos Epi-  
scopos in sua quisque Diæcesi. Hanc  
in rem Voisinus Noaillio Cardinali ex-  
hibuit formulam decreti, quo a singu-  
lis Franciæ Episcopis præfata Constitu-  
tio acceptaretur, cujus summa hæc  
erat. „Postquam Clemens XI. pluri-  
„mas propositiones ex Quesnelli re-  
„flexionibus extractas mature discusse-

Sæc. XVIII. „rat, easque ad Regis preces sua Con-  
 A. C. 1713. „stitutione damnauerat, Ecclesiæ no-  
 „stræ traditionem tam in libri quam  
 „propositionum censura per Sedem Apo-  
 „stolicam lata elucescere cognovimus  
 „cum autem ad evertendos ubique er-  
 „rores, & præscindendam omnem No-  
 „vatoribus occasionem nil magis, quam  
 „membrorum consensus cum supremo  
 „capite conferat, hinc nostrum con-  
 „Apostolico iudicio consensus omnibus  
 „Diæcesis nostræ fidelibus manifestum  
 „reddere intenti, propositiones præ-  
 „fatumque librum censuris perstrictum  
 „corde & animo, simpliciter & abso-  
 „lute damnamus, cunctisque hunc li-  
 „brum legere vel retinere prohibemus,  
 „& declaramus, nos contra eos, qui  
 „adversus hanc Papæ Constitutionem  
 „obloqui, docere & scribere, aut dam-  
 „natas propositiones defendere atque  
 „taverint, omni legum severitate atque  
 „ros. Præcipimus etiam, ut hæc  
 „Pontificis Constitutio publice in om-  
 „nibus Ecclesiis prælegatur, atque ab  
 „Episcopalis Curix acta referatur &c.  
 Ne vero Noailii Cardinalis exemplum  
 debitæ observantiæ pronitatem retu-  
 erant verba: „Nos approbationem Que-  
 „neliani libri a nobis eo tempore factam  
 „quo sub pietatis & Religionis velo  
 „mis

„mine errores tecti latebant, nec ad-  
 „huc satis attente examinati & dam-  
 „nati erant, revocamus.„ Enimvero  
 Noaillius hunc decreti typum sibi pro-  
 bar simulabat, fuggessit tamen, sibi  
 videri, generalia Ecclesiæ negotia *con-*  
*ciliariter* esse tractanda, proin Con-  
 stitutionem in materia fidei emanatam  
 in Synodis Provincialibus esse acce-  
 ptandam. Placuit Voisinio hæc Noailli  
 propositio, subjunxit tamen, quod Rex  
 præprimis certior fieri desideret, quid  
 ipse Cardinalis in Metropolitanæ suæ  
 Ecclesiæ Synodo decreturus esset: ad  
 hæc reposuit Noaillius, se quidem vix  
 fugitivo oculo perlustrasse Constitutio-  
 nem, nec sibi exploratam esse suorum  
 Suffraganeorum mentem, nihilominus  
 se Provincialium Synodorum decisione  
 adhæsurum, ac propterea mox edenda  
 instructione Pastoralis se suam approba-  
 tionem revocaturum, præfatique libri  
 lectionem cunctis interdicturum: Hæc  
 non sine maximo animi sui gaudio ex-  
 cepit Voisinius, qui etiam Noaillum  
 hortabatur, ut suæ instructionis for-  
 mulam, priusquam illam promulga-  
 ret, ad Regem transmitteret: Cessit  
 huic petito Noaillius, moxque suæ re-  
 vocationis literas ac damnationis de-  
 cretum unacum epistola die vigesima  
 Septembris data ad Voisinium trans-  
 misit,

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1713.

Sæc. XVIII. misit, petiit tamen, ut Rex hanc for-  
 A. C. 1713. mulam nec Byssio Meldensi Episcopo,  
 nec Patri Tellierio communicaret. Hac  
 Noaillii declaratione Rex plene con-  
 tentus, mox supremum Regii Senatus  
 Præsidem jussit, ut ipse unacum Car-  
 dinale Noaillio, ceterisque Senatori-  
 bus discuteret, utrum in præfata Con-  
 stitutione nil libertatibus Gallicanis  
 contrarium contineretur: Hi die præ-  
 ma Octobris examini fecere initium,  
 & duntaxat propositionem nonagesi-  
 mam primam de excommunicationis  
 injustæ metu carpentes notabant, ac  
 propterea acceptationis actis addendam  
 esse aiebant hanc clausulam, *quin ac-  
 ceptatio Gallicis principiis circa bonum vel  
 malum usum censurarum Ecclesiasticarum  
 directe vel indirecte officere valeat.*

## §. V.

*Franciæ Præsulorum conventus pro ditione  
 Pontificiæ Constitutionis ac-  
 ceptatione.*

*Dorsanne*  
*Journal t. I.*  
*pag. 44.*  
*Lafiteau*  
*Hist. de la*  
*Const. t. I.*  
*pag. 149.*  
*Lettr. du*  
*Roy à l'As-*  
*sembl.*

Quamprimum Pontificiam Constitutio-  
 tionem Regni legibus consonam  
 esse constabat, Bentivoglius Nuntius  
 Apostolicus die tertia Octobris nomine  
 Pontificis eandem unacum Clemen-  
 tis XI. literis supra allegatis Regi ob-  
 tulit, asserens, spem se habere maxi-  
 mam,

mam, quod Rex Constitutionem a se Sæc. XVIII.  
 tam ardentem exoptatam ab omnibus A. C. 1713.  
 recipi, sua auctoritate procuraturus  
 esset. Enimvero eadem adhuc die Rex  
 omnes Cardinales, Archiepiscopos &  
 Episcopos numero triginta ceterosque  
 Episcopos titulo carentes (exceptis ta-  
 men nominatis & non consecratis, nec-  
 non Aquino Foro-Julienſi Episcopo)  
 Lutetiam convocavit, ut die decima  
 sexta Octobris inchoato conventu, ac  
 Præsidente Noaillo Cardinale, prælau-  
 datæ Constitutionis acceptationem,  
 executionemque urgerent. Ergo præ-  
 stituta die quadraginta duo Præsules  
 in Archiepiscopali Palatio conveniunt,  
 ac præprimis Noaillius per Abbatem  
 Broglium Regis literas die decima sexta  
 Octobris ad Cleri Gallicani Procurato-  
 res pro convocando hoc Conventu da-  
 tas prælegi jussit; postea recitatis aliis  
 literis, quibus Rex congregatos, ut  
 magis opportuna ad uniformem Con-  
 stitutionis receptionem media quanto-  
 cius arriperent, die decima quinta e-  
 jusdem Mensis hortabatur; postea Noail-  
 lius sex Commissarios pro hoc negotio  
 seligi petiit; nominabantur autem Ar-  
 mandus Gasto Cardinalis de Rohan Præ-  
 ses, Armandus de Bezons Burdegala-  
 lensis, & Jacobus Detmaretz Auxita-  
 nus Archiepiscopi, necnon Fabius de  
 Sil-

Sæc. XVIII. Sillery Sueffionensis, Henricus Biffy  
 A. C. 1713. Meldensis, & David Nicolaus de Ber-  
 bier Blessensis Episcopi. His peractis  
 Noaillius Pontificiam Constitutionem  
 imprimi, cunctisque hujus Conventus  
 Præsulibus distribui jussit; die autem  
 decima nona ejusdem Mensis Noaillius  
 retulit, quod Regi ob præstitum Ec-  
 clesiæ patrocinium Versaliis nomine  
 totius Conventus grates egerit; cum  
 autem Rex hunc Conventum omni  
 qua posset, solemnitate celebrari de-  
 sideraret, Rohanus Cardinalis censuit  
 die vigesima prima Octobris a Noaillius  
 Cardinale in ejus Sacello Missam esse  
 celebrandam, cui omnes habitu Pon-  
 tificio insignes interessent, & Sacram  
 Synaxin reciperent: Sessiones quoque  
 in ejusdem Cardinalis Palatio habe-  
 rentur: Annuentibus cunctis Noaillius  
 præfixa die Congregatis sequens pro-  
 posuit juramentum: *Nos juramus &  
 promittimus, quod non nisi juxta nostram  
 conscientiam ad honorem Dei, ejusque Ec-  
 clesiæ bonum & conservationem judicari,  
 nostrasque proferre sententias velimus, ne  
 favorem, importunitatem, timorem, vel  
 privatam commodum, aut humanas passio-  
 nes consulturi simus, nec ex quacunque  
 causa vel respectu ulli cujuscunque condi-  
 tionis sit, privatas opiniones, deliberatio-  
 nes, aut conclusa in hoc conventu formata.*



nisi in quantum ab eodem Conventu permis- Sæc. XVIII.  
sum, directe vel indirecte manifestare veli- A. C. 1713.  
mus. Præstito a cunctis hoc juramento

unaomnes Rei divinæ in Cardinalis  
Noailii Sacello peractæ interfuere:  
Postquam vero Sueffionensis Episcopus  
Papæ Constitutionem Gallice reddide-  
rat, hæcque versio a sex illis Com-  
missariis recognita, approbataque fue-  
rat, horum cura eo abibat, ut dam-  
natas propositiones cum ipso Quesnelli  
libro conferrent; hærebant in proposi-  
tione trigesima, qua dictum, *omnes,*  
*quos Deus vult salvare per Christum, in-*  
*fallibiliter salvari:* censebant etiam non-  
nulli, quasdam propositiones in ipso  
Quesnelli libro magis innoxie, quam  
in Pontificis Constitutione proferri, die  
autem vigesima tertia Octobris usque  
ad decimam sextam Novembris reliquæ  
discutiebantur propositiones: ubi vero  
illæ de gratia examen subiere, vix ul-  
lus gratiam ex se efficacem defendere  
audebat, ne pro Jansenista habitus,  
apud P. Tellierum, & postea apud Re-  
gem accusaretur: Blessensis tamen  
Episcopus observabat, quod una ex  
his propositionibus minus integra fide  
ex Quesnelli libro excerpta videretur,  
cui tamen mox Meldensis Episcopus  
reposuit, impræsentiarum non agi de  
vindicando, sed damnando hoc libro:  
non

Sæc. XVIII. non deerant etiam ex Episcopis, qui  
A. C. 1713. quarundam propositionum explicatio-  
nem a Papa esse petendam arbitra-  
rentur, alii vero Episcopali honori ma-  
gis consultum fore censebant, si ipse-  
met ejusmodi explicationes adderent,  
hancque controversiam in Galliis de-  
ciderent, quin iterum Romam recur-  
rerent: alii vero Molinistis addicti,  
Pontificis Constitutionem ad examen  
vocari, ægerrime ferebant, præcipue  
cum Pater Telierus Pontifici fidem se-  
cisset, ejus Bullam sine examine in  
Galliis receptum iri: Eapropter Cril-  
lonus Vincienſis Episcopus exclama-  
bat: *Ergone Papam corrigere audebimus?*  
cui tamen mox Langleus Bolognenſis  
Episcopus reposuit: *Ergone Papam in-  
corrigibilem credis?* Rursus alia orieba-  
tur contentio, ubi non pauci sexage-  
simam octavam Quesnelli propositionem,  
eo quod nulla charitatis mentio ibi facta  
fuiſſet, censura dignam pronuntiabant;  
his vero Noallius reposuit, caverent,  
ne fibimetipsis repugnarent, dum olim  
aliam propositionem, in qua plus cha-  
ritati tributum, damnassent: Verum  
Meldensis Episcopus differentem inter-  
rumpens, familiare esse, ajebat, hæ-  
reticis, ut fibimetipsis contradicant,  
hunc vero Conventum nequaquam ad  
conciliandas Quesnelli contradictiones,  
sed

fed ad condemnandos ejusdem erro- Sæc. XVIII.  
 res coactum fuisse: Compositis levibus A. C. 1713.  
 hisce controversiis, Cardinalis Roha-  
 nius de cunctis propositionibus suum  
 ceterorumque judicium scriptotenus  
 protulit, illudque Noaillio tradidit.  
 Hic vero, cum haud ignoraret, singu-  
 las propositiones juxta Theologorum  
 Jesuitis addictorum decisiones censuris  
 suis perstrictas esse, hinc nil hæsitans,  
 palam Rohanio declarabat, quod in  
 hoc judicio nimis aperte Molinismus  
 detegeretur, & ut D. Augustinus gratias  
 sufficientes stabiliisse crederetur, tex-  
 tus ex *Symbolo ad Catechumenos* pepe-  
 ram allegarentur, cum tamen hunc  
 librum præfato Doctore falso adscribi,  
 ex sexto tomo Maurianæ editionis pa-  
 teret. Insuper querebatur Noaillius,  
 quod circa propositiones æquivocas,  
 genuinus ab adulterino sensu segrega-  
 tus non fuisset, id vero ad detegen-  
 dam veritatem & ad fideles de errori-  
 bus, quos detestari deberent, edo-  
 cendos unice conferre videretur: Oc-  
 casione hujus animadversionis ambo  
 Cardinales exactius de aptioribus ac-  
 ceptandæ Constitutionis viis differere  
 cæperant, ac præprimis Rohanius ex-  
 posuit, nil consultius fore, nisi ut Con-  
 stitutio tam quoad libri proscriptionem,  
 quam propositionum censuram *pure &*  
*Hist. Eccles. Tom. LXVIII.* Kk *sim-*

Sæc. XVIII. *simpliciter* acceptaretur, relicta tamen  
A. C. 1713. Episcopis libertate, ut sensum, in quo  
 propositiones censura dignas existima-  
 rent, in suis Instructionibus Pastoralibus indicarent. Opposuit tamen Non-  
 lius, Constitutionem sub his verbis: *prout*  
*& simpliciter* recipere, in Galliis im-  
 tatum esse, sufficere autem, ut cum  
 veneratione & submissione acceptetur  
 aliunde vero Pontifici & Ecclesie  
 ludere viderentur illi, qui pure & *sim-*  
*pliciter* Constitutionem acceptere  
 fiterentur, quam tamen suis explicationibus restringere meditantur: con-  
 perta autem hac simulatione periculum fore, ne Papa ejusmodi Instructiones  
 censuris perstringeret, indeque  
 schisma in Galliis oriretur. Insuper  
 cuilibet Episcopo illam pro suo archie-  
 piscopio explicandi libertas concederetur,  
 tot forent fidei dogmata, quot Dioceses,  
 non sine maxima fidelium offensione,  
 & hæreticorum tripudio. His  
 rationibus persuasus Cardinalis Ro-  
 nias, ejusmodi explicationes a Papa  
 esse petendas censuit: aut reclamabat  
 Jesuitæ, & ipse Cardinalis Paluccius  
 Nuntio Pontificio rescripserat, Pontifi-  
 cem nunquam permissurum, ut ejus  
 Constitutio explicaretur, cunctas enim  
 propositiones, *prout jacent*, & in  
 libri esse censura dignas, proinde etiam

unacum Papa omnes damnandas esse, Sæc. XVIII. A. C. 1713.  
 nihilominus Cardinalis Rohanius Noail-  
 lio scriptum tradidit, de modo acce-  
 ptandi hanc Constitutionem, & de ex-  
 plicationibus eidem adjiciendis: Ad-  
 huc dum Episcopi desuper deliberabant,  
 cum Rohanius Cardinalis die vigesima  
 septima Decembris in postrema hujus  
 anni sessione declararet, Regem præ-  
 cipere, ut soluto conventu Constitutio  
*pure & simpliciter* acceptaretur, nec ulla  
 explicationum mentio fieret. Cete-  
 rum, quæ hac in re postmodum acta  
 fuerant, ad annum sequentem revo-  
 camus.

§. VI.

*Eadem Constitutio a quibusdam Ger-  
 manicæ Episcopis acceptata.*

**H**aud cunctabatur Pontifex præfatam Refut. du  
 suam Constitutionem ad omnes Mem. t. 2.  
 Europæ Catholicæ Episcopos trans-pag. 76.  
 mittere, postulans, ut ab omnibus ac-  
 ceptata executioni daretur: Magis pro-  
 pensos experiebatur Germanicæ Episco-  
 pos, quos inter primus Carolus Tre-  
 virensis Archiepiscopus atque Elector  
 hoc anno die secunda Novembris ad  
 Abbatis Borgiæ Coloniensis Nuntii,  
 qui dictam Papæ Constitutionem die  
 vigesima secunda Octobris transmise-  
 rat, literas respondens, testabatur, se

Kk 2

om-

Sæc. XVIII. omnem adhibiturum operam, ut eadem Constitutio in tota ejus Diœcesi observetur. Ea ex causa Joannes Matthias Rosmensis Episcopus ac præfatus Archiepiscopi Suffraganeus & Vicarius Generalis edito decreto die vigesima secunda Julii anni sequentis, cunctis sub anathematis pœna inhibuit, ne Quesnelli reflexiones deinceps retineant, vel propositiones damnatas festinare præsumant, sed cuncta damnata libri exemplaria intra mensem eidem Suffraganeo consignent: ipse autem Archiepiscopus die vigesima tertia Februarii Anno 1715. & undecima Junii Anno 1717. soleinni edicto Bullam hanc, ceterasque contra Jansenismum editas accepit, promulgari atque executi jussit. Ejusmodi etiam tenoris edictum Joseph Clemens Archiepiscopus, atque Elector Coloniensis die decima quinta Novembris hoc anno edidit, & Pape Constitutionem in Leodiensi Diœcesi promulgari præcepit; eam vero in Coloniensi Urbe ac Diœcesi debite publicatam, & ubique ea, qua par est, reverentia sine ulla oppositione aut remittentia receptam fuisse, die vigesima octava Decembris Coloniensis Electoris nomine testabatur Joannes Arnoldus Coloniensis Vicarius Generalis: cum autem super Quesnellianis propositionibus

nibus in Belgio variæ fuissent exortæ <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 contentiones, pluresque libelli Papæ <sup>A. C. 1713.</sup>  
 Constitutionem impugnantes non sine  
 priorum offensione & imbecillium per-  
 turbatione in utramque Diæcesin pe-  
 netrassent, hinc Coloniensis Archiepi-  
 scopus die vigesima nona Januarii An-  
 no 1715. omnibus, & speciatim Bi-  
 bliopolis præcepit, ut a periculosis  
 ejusmodi contentionibus, quarum e-  
 nodatio ad sanctam Matrem Ecclesiam  
 pertinet, tam publice, quam privatim  
 abstineant, & ejusmodi libellos ex æ-  
 dibus, suisque manibus confestim ab-  
 jiciant, & ad Vicarios Generales de-  
 ferri curent, nec eos emere, vendere,  
 legere, retinere, vel servando aliis  
 tradere præsumant. Insuper Henricus  
 Josephus Rhodiopolitanus Episcopus,  
 & Hildesienfis Vicarius Generalis hoc  
 anno die trigesima Octobris, necnon  
 Henricus Harlardus Spirensis Episco-  
 pus & Joannes Philippus Herbipolensis  
 Episcopus die quarta Novembris, ac  
 denique Franciscus Arnoldus Monaste-  
 riensis & Paderbornensis Episcopus da-  
 tis ad præfatum Papæ Nuntium literis  
 testabantur, quod in eorum Diæcesibus  
 prædicta Bulla rite promulgata ab om-  
 nibus promptissimo obsequentis animi  
 affectu fuerit recepta.

Sæc. XVIII.

A. C. 1713.

§. VII.

*Quædam Thesis de Episcoporum potestate Parisiis suppressa.*

*Dorfan.  
Journal  
t. I. p. 46.*

*Vid. supra  
l. 213. §. 74.  
p. 259. 267.  
Et 365.  
tom. 67.*

Eo tempore, quo quidam Franciæ Præsules Pontificis Constitutiones in Galliis recipi, & Quesnelli reflexiones fidelium manibus, cordibusque eripi, toto studio adlaborabant, ex Sæbonæ Doctoribus non deerant alii, qui toti in eo essent. ut saltem centuræ fulmen, quod haud amplius declinare poterant, non e Vaticano cælo, sed Gallico Jove vibratum crederetur, proinde Pontificiæ infallibilitatis in Galliis recognitiæ novum non extaret exemplum. Horum impulsu quidam ad primæ Doctoratus gradum admissus, hoc anno publicis typis vulgavit Thesin, in qua propugnabat, Pontificias Constitutiones per *judicii viam* acceptandi jus, Episcopis competere. Hæc doctrina jam superioribus annis in Clericali Gallicani comitiis proponebatur, quam tamen Præsules nonnihil temperabant, asserentes, *se quidem nonnisi simplices Pontificiarum Constitutionum executores, vere tamen unacum Papa judicare.* Hæc vero declaratio minime satisfacit Pontifici, qui desuper apud Franciæ Regem graviter questus est: cum autem



in præfenti rerum viciffitudine Ludovicus Franciæ Rex summum Pontificem, qui fuam Conftitutiouem fine difcuffione acceptari fperabat, offendere vereretur, non pauci Præfules de Regis patrocínio tuti contra hanc Thefin ac doctrinam infurrexere, præcipue vero Cardinalis Rohanius inconfulto Noaillio, etfi hic effet Sorbonæ Protector, Regem adiit, ac vehementius contra hanc propofitionem declamans obtinuit, ut Regis juffu atque edicto hæc Thesis fupprimeretur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.

§. VIII.

*Schismatis ejuratio ab Alexandrino Patriarcha Romæ facta.*

Jam anno hujus sæculi tertio Joannes Patriarcha Alexandrinus, Abrahamo de Anna Romam ablegato, fummo Pontifici fignificabat, fibi firmum fixumque effe, ad Romanæ Ecclefiæ unitatem disrupto fchismate reverti:

*Vid. fupra l. 213. p. 132. Orat. Confift. Clem. XI. p. 86. Epift. ejusd. pag. 86.*

Hoc autem morte præuento, ejus Succelfor Gerafinus Pallada fchisma quidem deteftatus, veram tamen doctrinam palam profiteri, afflictionum metu abfterrebat: Succelferat eidem Cosmas Epifcopus Conftantinopoli degens, cum autem hic Turcarum potentia & numerata pecunia hanc Sedem Pa-

Kk 4

triar-

Sæc. XVIII. triarchalem occupasset, juxta Sacrarum  
A. C. 1713 legum præscripta alius & quidem Sa-  
 muel Capasulis eligebatur. Hic a Deo  
 in admirabile lumen suum veritatis vo-  
 catus, ac rite in Religionis Catholice  
 doctrinis a Patribus Franciscanis infi-  
 tutus, veram fidem, quam Romana  
 Ecclesia docet, corde & ore palam  
 professus est. In hujus rei testimonium,  
 necnon pro obtinenda confirmatione  
 Apostolica hoc anno Joannem Josephum  
 Mazet Franciscanum unacum aliis duo-  
 bus Monachis Ordinis S. Basilii Romam  
 ablegabat, qui die vigesima octava  
 Aprilis præsentate ipso summo Pontifice  
 in secreto & amplissimo Cardinalium  
 & Prælatorum consessu præfati Ale-  
 xandrini Patriarchæ literas consignavit:  
 Erant autem hujus tenoris.

*Beatissime ac Sanctissime in Christo  
 Pater & Domine.*

„Ad Paternum amorem vestræ bea-  
 „titudinis humiliter accurro, tanquam  
 „ad benignum meum Patrem, & Pa-  
 „storem legitimum, & verum. Mem-  
 „brum enim ego etiam sum universa-  
 „lis Corporis Christi in spiritu legiti-  
 „me, & Canonice Electus in præsula-  
 „tum Patriarchalis cathedræ secundum  
 „omnem constitutionem hujus nostræ  
 „Orien-

„Orientalis Ecclesiae, ambulans, quem  
 „admodum edoctus eram, ab adole-  
 „scentia mea, atque institutus a prae-  
 „satis Ecclesiae praesulibus, & magi-  
 „stris; necnon sancto meo Seni, & prae-  
 „decessori meo Patriarchae D. Gerasi-  
 „mo Palladae multos annos ministrans.  
 „Non defuit unquam illius recta Do-  
 „ctrina, simplicissime tamen propter  
 „metum, & aut infructuositatem. In  
 „divina igitur Misericordia me Doctri-  
 „nam excipiente, tanquam disposito,  
 „& paululum veritati addicto Divinus  
 „Zelus augebatur, sed modus non sup-  
 „petebat, donec magnus Deus, qui  
 „vult salutem omnium, iudiciis suis  
 „ineffabilibus permisit, ut in afflictiones  
 „intolerandas inciderem, & graves ne-  
 „cessitates. Elapso enim a legitimo  
 „Patriarchatu octo mensium spatio,  
 „Cosmas quidam Episcopus Constan-  
 „tinopoli degens, contemptis legibus,  
 „& canonibus Ecclesiasticis, insiluit,  
 „& numerata pecunia tyrannicae cu-  
 „riae, quae supra nos est, nulla eorum,  
 „qui Ecclesiae illius erant, habita ra-  
 „tione, extemplo solus Alexandriae Pa-  
 „triarcha renuntiatus est, eumque per po-  
 „tentiam Magistratus illic approbarunt.  
 „Misit autem etiam huc graves literas,  
 „& homines idoneos, qui Dominium  
 „exercerent, & me in exilium pelle-  
 „rent.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1713.

Sæc. XVIII. „rent. Verum, qui hic erant Chri-  
 „A. C. 1713. „stiani, quamquam pauperrimi essent,  
 „inito consilio constituerunt, ut præ-  
 „varicatorem nequaquam admitterent,  
 „cum autem pecunia destituti essent,  
 „acceperunt vasa, & vestes sacras, &  
 „vendentes tradiderunt Magistratibus  
 „& irritos illius conatus effecerunt  
 „Non autem hic substitit: Etenim ad-  
 „versarius rursus per validiores vires  
 „nos oppugnabat. Cum vero nihil  
 „proficeret, huc se ipse personaliter  
 „contulit cum potentia novi ducis, &  
 „rursus re infecta reversus est; iustus  
 „enim Deus est. Remansit tamen hic san-  
 „ctissimus Thronus omnino desertus,  
 „& nudatus Ecclesiastico ornamento,  
 „& quod gravius est, constrictus re-  
 „mansit gravissimo aere alieno supra  
 „triginta millium regalium Hispaniarum,  
 „& quidem usura gravis est, & sceler-  
 „ratos alienigenæ; & inimicus non  
 „cessavit adhuc fodere foveas in nos,  
 „& damna inferre, & valide oppugnare.  
 „Talis est nostra miseria, beatissime Pa-  
 „ter, quam confiteor secundum Divi-  
 „nam promissionem. Enimvero usque  
 „adhuc avversabar cognitionem verita-  
 „tis, quam tenet, docet, ac prædicat  
 „sancta Christi Catholica, & Apostolica  
 „Romana Ecclesia, sine qua veritate  
 „nemo salvus esse potest. Quamob-  
 „rem

„rem salutis quoque meæ curam ge- æc. XVIII.  
 „rens magnus Deus, volensque de A. C. 1713.  
 „schismate me liberare, tantas tribu-  
 „lationes me subire permisit, ut per  
 „ipsas rectam viam invenirem, quæ  
 „ducit ad Regnum cælorum, quam &  
 „inveni, eique gloriam reddo, qui bene  
 „fecit. Sic autem accidit. Misera tri-  
 „bulationum oppressus, & omni undi-  
 „que spe destitutus, inaudivi, quod  
 „Deus misisset huc in Ægyptum Reve-  
 „rendissimum Patrem Laurentium a  
 „sancto Laurentio Custodem sanctæ Je-  
 „rusalem. Hunc convenire cupiebam,  
 „tum propter reverentiam, & bonam  
 „famam, tum propter consolationem,  
 „& narrationem Salutaris desiderii mei.  
 „Cum autem ad eam voluptatem ca-  
 „piendam accessissem, inveni virum  
 „Reverendum in omnes partes reveren-  
 „tia dignum, qui & cognovit tribula-  
 „tiones meas, & omni cum alacritate,  
 „ac pietate occæpit me consolari, & ad  
 „lumen veritatis dirigere, & sanum  
 „membrum S. Catholicæ, & Apostolicæ  
 „Romanæ Ecclesiæ constituere, atque  
 „in ejus sancta, & vera fide, rectorum-  
 „que dogmatum confirmare in summa  
 „submissione, firmaque obedientia erga  
 „te summum sacerdotem, universalem,  
 „& verum *Jesu Christi* Vicarium, & Pa-  
 „storem œcumenicum. Verum dictus  
 „Reve-

Sæc. XVIII. „Reverend. Pater Hierosolymam redi-  
 A. C. 1713. „torus dedit mihi consolatorem, &  
 „ductorem loco sui A. R. Patrem Ar-  
 „changelum a Melita, qui mihi adit,  
 „tum per seipsum, tum per discipulum  
 „quemdam suum P. Joannem Josephum  
 „Mazet Apostolicum terræ sanctæ Mi-  
 „sionarium; ac veritatem rite edoctus,  
 „constitutus, & exceptus sum in gratia  
 „Dei, & confiteor veram fidem, quam  
 „tenet sancta Catholica, & Aposto-  
 „lica Romana Ecclesia, & hujus san-  
 „ctissima, & Apostolica cathedra, &  
 „horum dogmata. Aversans omnes  
 „falsas contrarietates, contradiciones,  
 „& schismata, meque committens, pa-  
 „ternis brachiis Sanctitatis Vestræ;  
 „agnoscens secundum antiquissimum  
 „sanctæ Ecclesiæ morem, quod ad re-  
 „gimen hujus spiritualis navis, per tot  
 „diversas, graves & vehementes pro-  
 „cellas agitatæ, conveniat secundum  
 „præcepta fidei confiteri me, quod Pa-  
 „triarchæ, & omnes Archiepiscopi con-  
 „firmari debeant a sanctitate vestra,  
 „capite universali sanctæ Ecclesiæ. Sine  
 „qua confirmatione non possumus vere  
 „pascere proprium gregem in rectæ Do-  
 „ctrinæ firmitate. Ad te igitur, con-  
 „fugio, *Beatissime Pater*, Præsidentem meum,  
 „verum successorem S. Petri, cui Do-  
 „minus noster Jesus Christus dixit  
 Pater

*Pasce oves meas; Et ego rogavi pro te, ut* Sæc. XVIII.  
*non deficiat fides tua: Et es Petrus, Et* A. C. 1713.  
*super hanc Petram ædificabo Ecclesiam ve-*  
*racem in tuis verbis scilicet & in tuis*  
*„doctrinis, Et portæ inferi non præva-*  
*lebunt ipsi. Precor igitur, ut inveniam*  
*„gratiam, & misericordiam apud te,*  
*„ut confirmes mihi præsulatum, & mihi*  
*„pallium mittas. Ut autem Sanctitas*  
*„Vestra certa remaneat de conscientia*  
*„mea circa sanam Doctrinam, mitto*  
*„fidei meæ professionem, & abjuratio-*  
*„nem, quam feci contra omnes falsas*  
*„Doctrinas, & contradictiones coram*  
*„R. P. Joanne Josepho Mazet, quem*  
*„elegi in Procuratorem meum, ut hæc*  
*„sistat sanctitati vestræ nomine meo*  
*„cum ea, quæ convenit, obedientia;*  
*„illi tribuens plenam facultatem, ac*  
*„potestatem non solum ad hæc confir-*  
*„manda, & subscribenda, tanquam vi-*  
*„ces meas tenenti, sed ad supplendum,*  
*„si quid defuerit, & quemadmodum*  
*„statuta fuerint, quæcunque placue-*  
*„rint sanctitati vestræ, & sanctæ fidei*  
*„debito more perficiendum nomine*  
*„meo. Certissimus equidem mihi sum,*  
*„me ne minimum quidem recedere*  
*„a sententiis, & præceptis tuæ Bea-*  
*„titudinis, sed & perfectum me esse*  
*„in tua sanctissima intelligentia, & Ca-*  
*„tholica Doctrina, secundum quam,*  
*„ut*

Sæc. XVIII. „ut verus Magister totius œcumenicæ  
 A. C. 1713. „Ecclesiæ, tenes, & doces. Utinam  
 „sanctis tuis precibus non caream.  
 „Amen.

*Datum in Aegypto in meo diversorio,  
 Anno Salutis MDCCXII. Mense  
 Julio Indictionis V. Culminis ve-  
 stri beatissimi & sanctissimi.*

*Servus humilis, & in Christo  
 Filius obsequentissimus.*

SAMUEL,

*Misericordia Dei, Papa & Patriarchæ  
 magnæ Urbis Alexandria, &  
 Judex terræ.*

Perlectis hisce literis idem Fran-  
 ciscanus aliam exhibuit epistolam ab  
 ipso Patriarcha PP. Archangelo a Me-  
 lita, Ægidio de Lacu Nigro, & Joanne  
 Mazet Franciscanis subscriptam, in  
 qua abjuratio schismatis, & professio  
 Catholicæ fidei continebatur, quam  
 præfatus P. Mazet ipsius Patriarchæ  
 suorumque nomine juxta formam Græ-  
 cis ad unitatem sanctæ Romanæ Eccle-  
 siæ redeuntibus præscriptam palam emi-  
 sit, his verbis: „Ego F. Joannes Jos. Ma-  
 zet, Ordinis Min. S. Francisci de obser-  
 vantia Procurator Venerabilis Fratris  
 „Samuelis Capasulis Patriarchæ Ale-  
 „xandrini Græci ritus ad pedes Sancti-  
 „tatis



„tatis Vestrae constitutus Procuratorio Sæc. XVIII.  
 „nomine prædicti Samuelis Patriarchæ A. C. 1713.  
 „mei Principalis infra scriptam sanctæ  
 „orthodoxæ fidei professionem juxta  
 „formam Græcis ad unitatem S. R. E.  
 „redeuntibus a Sede Apostolica jam  
 „dudum præscriptam facturus, & e-  
 „missurus promitto pro eodem Samuele  
 „Patriarcha meo Principali, quod ipse  
 „illam ratam, & gratam habeat, ac  
 „suscipiet, & acceptabit & intra tem-  
 „pus competens ratificabit, & emolo-  
 „gabit, atque de novo juxta eandem  
 „formam de verbo, ad verbum, græco  
 „tamen idiomate faciet, & mittet, ac  
 „sua manu subscriptam, suo sigillo ob-  
 „signatam, ad sanctitatem vestram, &  
 „hanc sanctam Apostolicam Sedem  
 „transmittet. Sanctam igitur Catho-  
 „licam fidem explicite & expresse pro-  
 „fitendo firma fide credo, & profiteor  
 „omnia, & singula, quæ continentur  
 „in Symbolo fidei, quo S. R. E. utitur,  
 „videlicet: *Credo in unum Deum &c.*

His peractis Pontifex Patriarcham  
 Alexandrinum in sua dignitate con-  
 firmavit, ac pro eo, uti petierat, Pal-  
 lium Archiepiscopale ad P. Laurentium  
 a S. Laurentio in civitate Jeroso-  
 lymitana Custodem transmitti manda-  
 vit, ut illud Patriarchæ traderet. De-  
 mum Pater Mazetus ceterique ex  
 Græca

Sæc. XVIII. Græca Natione præsentis Sanctitatis  
A. C. 1713 suæ pedem reverenter osculati, cum  
 muneribus præsertim ad Sacrorum  
 usum conducentibus & congruo viatico  
 ad patriam suam dimissi sunt, eisque  
 insuper comites dati plures Romani Sa-  
 cerdotes, qui Ægyptios penitus in  
 Romanæ Ecclesiæ doctrinis & ritibus  
 instituerent.

Cum autem summus Pontifex hanc  
 temere vereretur, ne præfatum Patri-  
 archam ob schismatis ejurationem, et  
 præstitam Romanæ Sedis subjectionem  
 ceteri hujus Nationis schismatici acer-  
 bo odio infectentur, excitataque pro-  
 cella, instructisque calumniis & dolis  
 eum Patriarchali etiam dignitate exue-  
 moliantur, hinc Pontifex die tertio  
 Junii Caroli Imperatoris, Ludovici Fran-  
 ciæ Regis, Republicæ Venetæ, et  
 Marchionis Desalleurs Regis Christi-  
 nissimi in Constantinopolitana Civitate  
 Oratoris præsidium impense expolice-  
 bat. Die etiam vigesima ejusdem Mensis  
 literas ad ipsum Patriarcham dedidit  
 in quibus eidem, quæ ab ejus Procura-  
 tore Romæ gesta fuere, perscribens  
 illum hortabatur, ut caveret, ne quod  
 in se fictum simulatumque sit, ac pro-  
 pterea professionem fidei juxta forma-  
 lam, quam ejus Procurator pronun-  
 tiavit.

tiavit, suo chirographo ac sigillo firma- Sæc. XVIII.  
 tam ad summum Pontificem trans- A. C. 1713.  
 mitteret.

§. IX.

*Præcipui Ultrajectensis pacis ar-  
 ticuli.*

Fluxerat hic annus ob male ominatam Hist. du  
 Ultrajectinam pacem Austriacæ Do- Congr. 1697  
 mui oppido funestus; postquam enim de la Paix  
 Angli non modo, contra quod sancte d' Utrecht.  
 promiserant, exclusis fœderatis pacem pag. 406.  
 cum Gallis inierant, sed etiam copias Mem. Hist.  
 suas a fœderatorum exercitu sejunxe- & Chron.  
 rant, Cæsaris res in Hispania, atque Lamberti;  
 Italia plurimum declinare cæperant; t. 8. p. 70.  
 quamvis enim in omnibus hæreditariis  
 suis Provinciis militem conducere, ner-  
 vum bellicum colligere, Batavos ad  
 fœderis constantiam hortari haud de-  
 sideret, ac ipsemet Moscoviæ Dux Cæ-  
 sari ad repellendos Gallos validum mi-  
 litem offerret, Cæsareæ tamen causæ  
 æquitas temporum necessitati, Anglo-  
 rum perfidiæ & Gallorum potentiæ ce-  
 dere debuit; Anna quippe Britannæ  
 Regina, quæ iteratis coram Parlamento  
 vicibus promiserat, se a bello non ces-  
 saturam, usque dum Hispania atque  
 India in Domum Austriacam fuisset  
 translata, quæque paulo ante cælum  
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. L1 ter-

Sæc. XVIII. A. C. 1713. terramque moverat, ut Carolum III. Hispano folio imponeret, nunc fræd-  
 fraga, atque a Gallis fascino cælum  
 & acheronta movebat, ut eundem  
 throno dejiceret, hanc in rem Bulling-  
 brochium & Schesburium Ducem Per-  
 risios, necnon Lexingtonium in Hispa-  
 niam ablegabat, ut hi armorum indica-  
 tiones a vigesima secunda Augusti ad vi-  
 gesimam secundam Decembris diem de-  
 raturas concluderent, & solemnem  
 Galliæ Principum renuntiationem in  
 Hispanicæ successionis jura promoverent;  
 quo impetrato Regina copias suas  
 ex Hispania & Lusitania revocavit, &  
 postquam Galli Dunckerkam tradide-  
 rant, Minorcam Insulam Cæsaris nomine  
 hucusque possessam, nunc proprio oc-  
 cupavit. Insuper Batavi metuentes,  
 ne belli onera ad ipsos solos devolve-  
 rentur, pariter a Cæsare defecerunt,  
 ac sollicitante Staffordio cum Anglis  
 die vigesima nona Januarii nova de le-  
 curitate limitum pacta inierunt, tan-  
 taque importunitate Cæsaris Legatos  
 fatigarunt, ut tandem die decima quarta  
 Martii tractatui subscriberent, vi cuius  
 Catalonia, Majorica & Ebusus Insulae  
 eductis inde Cæsareis copiis, Philippo  
 Andegavenfi relinquerentur, & arma-  
 rum cessatio in universa Italia cunctis-  
 que Maris Mediteranei Insulis usque  
 ad

ad Generalem pacem promulgaretur. *Sæc. XVIII.*  
 Præterea ad sinistrae fortunæ cumulum *A. C. 1713.*  
 accessit, quod Borussi Regis milites  
 hucusque Anglica stipendia merentes,  
 necnon legiones Darmstadiensis, Me-  
 gapolitana, Onoldina atque Holfatiensis  
 a Cæsareo exercitu ad sua reverteren-  
 tur: quocirca Imperator ab omnibus  
 pene fœderatis derelictus, Elisabetham  
 Conjugem suam omnemque militem  
 ex tota Hispania & Catalonia revocare  
 cogebatur: Die ergo vigesima quinta  
 Martii Starenbergius Comes Barcinone  
 in Ecclesia Cathedrali palam declara-  
 bat, quod Cæsaris jussu suum Pro-  
 Regis munus illi cederet Principi, cui  
 Divina Providentia supremum hujus  
 Regni imperium destinatura esset. In-  
 terim die undecima Aprilis Ultrajecti  
 novæ procuduntur pacis conditiones  
 inter Gallo - Hispanos ex una & An-  
 glos, Sabaudos, Lusitanos, Borussos,  
 & Batavos ex altera parte conclusæ.  
 Hujus autem transactionis summa e-  
 rat hæc:

I. Franciæ Rex Hannoveranum pro  
 Anglici Regni Successore agnoscat, &  
 Jacobo Stuardo Jacobi II. Filio nullum  
 in ditionibus suis domicilium præ-  
 stet.

II. Nunquam permittat, ut Francia  
 cum Hispania sub uno Rege conjun-  
 gatur,

Sæc. XVIII gatur, ac propterea Andegavenſis in  
 A. C. 1713. Franciam, & Gallorum Principum in  
 Hispaniam factæ renuntiationes ex-  
 acte ſerventur.

III. Galli ex Hispano - Indico com-  
 mercio non majora, quam Carolo II.  
 regnante, habeant emolumenta, &  
 Dunkerckæ portum ſolo æquent.

IV. Franciæ Rex Anglis reſtituit  
 Fretum Hundſonium, Inſulam S. Chri-  
 ſtophori, Novam Scotiam, Urbem  
 Portus Regalis, ſic, ut incolis Can-  
 denſibus nonniſi triginta leucis a lit-  
 tore piſcandi facultas ſit, piſcari ta-  
 men, vel piſces ſiccare in Inſula Terræ  
 novæ & Placentiæ caſtro Gallis non li-  
 ceat, eſſi uterque locus eis reſtituitur.

V. Quartus articulus Riſvicenſis de  
 religione ad normam Pacis Weſtphæ-  
 licæ redigatur. Hos articulos Fran-  
 ciæ Rex in favorem Anglicæ Regi-  
 niæ conceſſit.

Poſtea cum Philippo V. Hispaniæ  
 Rege hæc pacta fuere inita. I. Ne-  
 gorum mercatu Angli iisdem condi-  
 tionibus, quibus hucusque Galli, deſer-  
 ceps fruantur. II. Gibraltar, Minori-  
 rica Inſula, & Portus Magonis, ex-  
 cluſis Judæis & Piratis, pariter An-  
 glis cedatur, ceteris vero incolis liben-  
 ſit religio ſecundum leges Angliæ. III.  
 Catalauni, abolitis tamen veteribus  
 privi-

privilegiis iisdem, quibus Castellani, Sæc. XVIII.  
legibus regantur. A. C. 1713.

Præterea cum Sabaudix Duce pax his legibus fuit inita. I. Obtineat is Regnum Siciliae cum Regis titulo, Comitatum Sabaudix & Nizzæ, Valles, Pragelanam, Ulsiam, Sesanes, & Bardonachas. II. Francia eidem cedat Exillas, Fenestrellas, & Montem Delphinum, ita, ut summa montium juga pro limite sint, ulterior vero Barcelonettæ vallis sit juris Gallici. III. Extincta stirpe Andegavensi Sabaudus in omnes Hispani Regis ditiones succedat. IV. Ex Mediolanensi agro eidem obveniat pars Alexandrinæ, & Valentinæ ditiois unacum Lamgarum feudis & Viglevano. Denique Batavi pacem iniere his conditionibus. I. Eis cedatur Belgium Hispanicum, quale sub mortem Caroli II. fuit. II. Gallia cedat Imperatori Tornacum, Meninam, Knockium, Ipras, & Duxmidam. III. Luxemburgum, Namurcum, Carolo-regium, & Neoportum Batavi suis præfidiis occupent, servatis tamen Bavaro Electori fructibus, donec in integrum restituatur. IV. Borussix Rex obtineat partem Geldrix Hispanicæ a se occupatam unacum tractu Kesselano & Præfectura Kirchenbeck.

Sæc. XVIII.

A. C. 1713.

§. X.

*Summi Pontificis vigilantia contra  
præfatae pacis articulos religioni  
adversos.*

*Epist. Clem.  
XI. p. 1822.*

**H**aud temere suspicabatur Pontifex, A catholicos tam in Comitibus Ratisbonensibus, quam in Ultrajectino Conventu promissis, artibus, dolis, minisque plura ad protendendos hæc sectæ fines, & deprimendam veram religionem a Catholicis Germaniæ Principibus extorsuros: Magis adhuc eisdem timorem augebant literæ, quibus Franciscus Lotharius Moguntinus Archiepiscopus atque Elector die decima quarta Februarii summo Pontifici dolenter significabat, quod non levia hæc Catholicæ pericula immineant, & maxima remedii difficultas obversetur, eoquod Principum Legati circa quartum Rysvicensis pacis articuli indemnitate admodum frigide rem agant, atque unus ex ipsis, & quidem præcipuus non semel palam affirmare ausus esset, se non modo A catholicorum postulatis pro abrogando præfato articulo obniti nolle, sed etiam eorum postulatum omni studio provehere paratum esse: eapropter Pontifex die nona Martii præfatum Archiepiscopum, ut tantam le-



bem a Natione Germanica avertere ve- Sæc. XVIII.  
 lit, enixe rogabat his verbis: *Vides*, A. C. 1713.  
*unde potissima malorum origo proveniat,*  
*Et quam immerito Germanorum culpa in*  
*alios transferatur. Quod Tibi, qui inter*  
*ceteros Germanicæ Antistites sublimi adeo*  
*præfulges dignitate, incitamento sit ad ni-*  
*hil omnino prætermittendum, quibus ejus-*  
*modi macula ab inclyta Natione detergi*  
*possit, cum autem Pontifex ex literis*  
*Belgicis intelligeret, quod inter cete-*  
*ros Principum Catholicorum Oratores,*  
*qui Acatholicorum postulatis favebant,*  
*etiam prædicti Archiepiscopi Legatus*  
*recenseretur, ac ipse dicti articuli mo-*  
*deratione jam olim proposita sed rejecta,*  
*Protestantibus satisfieri peteret, hinc*  
*Pontifex die decima quinta Aprilis da-*  
*tis ad eundem Archiepiscopum literis*  
*rogabat, ut Legatum suum in officio*  
*contineret, eique serio injungeret, ut*  
*ab incæpto desisteret, & flagrantius,*  
*quam ceteri omnes Legati veræ Reli-*  
*gionis causam tueretur, sicque ipsius*  
*Electoris nomen ab omni dedecoris pe-*  
*riculo eximeret: Insuper Pontifex cre-*  
*bris literis Franciæ Regem urgebat,*  
*ut præfatum articulum omnino inta-*  
*ctum, inviolatumque conservari, totis*  
*viribus niteretur. Nec etiam Pontifi-*  
*cem latebat, quod Calvinistæ tam in*  
*Comitiis Ratisbonensibus, quam in*

Sæc. XVIII. A. C. 1713 Conventu Ultrajectensi omnem conatum adhibuerint, ut iis, sicut in Altranstadiensi pactione Lutheranis Silesitis multa fuere permessa, ita ipsis quoque liberum suæ sectæ exercitium ibidem permittatur, pluraque Tempia, quæ in Silesia olim occupaverant, ipsis cum omnibus juribus ac proventibus reddantur, hancque in rem suas rationes exposuerint edito hujus tituli libello: *Propositio a Ministris Plenipotentariis Regum, aliarumque summarum Potestatum Evangelicæ Religionis Ultrajecti congregatis Ministris Plenipotentariis Imperatori tum ore facta, tum scripto exhibita, die 9. Januarii 1713. in favorem Reformatorem in Silesia*: Inde magno mœrore obrutus Pontifex, die prima Aprilis literas ad Carolum VI. Imperatorem dedit, in quibus eundem hortabatur, & obsecrabat, ut non modo hisce Calvinistarum postulatis obsisteret, sed in Altranstadiensi pacto extorta, ac religioni Catholicæ noxia velut nulla, & perinde acsi nunquam facta fuissent, habere velit.

*Vid. supra*  
t. 67. S. 51.  
pag. 735.

Cum autem Joannes Franciscus Constantiensis Episcopus inaudiisset, quod Helvetii Calvinistæ iniquas pacis Araviensis leges in Ultrajectensi Conventu confirmari, essent petaturi, proin præter ablatam jurisdictionem illataque damna inlu-

insuper Constantiensi Ecclesiæ alia gra- Sæc. XVIII.  
 viora instarent pericula, hinc Pontifi- A. C. 1713.  
 cis patrociniū implorabat, cui etiam  
 Clemens Papa datis die vigesima secun-  
 da Aprilis literis omnem opem pollicitus,  
 certiozem reddidit, ex certis docu-  
 mentis sibi constare, Cæsari non mi-  
 nus ac Franciæ Regi fixum firmum-  
 que esse, ut præfata Helvetiorum pa-  
 cificatio Ultrajectensi transactioni ne-  
 quaquam infereretur. Pari Religionis  
 studio animatus Pontifex, die vigesi-  
 ma septima Maij Franciæ Regem hor-  
 tabatur, ne permetteret, ut dominium  
 arcis Reinfeldensis ad Rhenum, quam  
 quidam Aatholicus Princeps in nu-  
 pero bello invasit, militumque præ-  
 fidiis firmavit, eidem in Ultrajectensi  
 Conventu attribueretur, sed ipsam po-  
 tius legitimis ejus Dominis Catholicis  
 restituere compelleretur. Ejusdem  
 quoque Regis, necnon Philippi V. Hi-  
 spaniarum Regis patrociniū implo-  
 rabat Pontifex adversus Anglos, qui  
 in Insula Minoricæ, quam vi pacis Ul-  
 trajectensis obtinuerant, ordinariam  
 Majoricensis Episcopi jurisdictionem  
 violantes, quatuor Ecclesias publico  
 suæ sectæ exercitio deputarunt, ac in-  
 super eorum Prædicantes tum Episco-  
 palis tum etiam Capitularis Mensæ  
 proventus occuparunt, ac Moniales

Sæc. XVIII. frequenti Acatholicorum familiaritate  
 A. C. 1713. & colloquiis infecerunt. Rogabat igitur Pontifex, ut præfati Reges memoratis gravissimis hisce scandalis opportune occurrant, & omne Ecclesiasticæ disciplinæ, Catholicæ Religionis, & Episcopalis auctoritatis detrimentum prævertere velint.

## §. XI.

*Pacis articuli Carolo Imperatori oblati.*

*La Clef Nov.*  
 1713 p. 303.  
 339 & seqq.  
*Elect. Jur.*  
 publ. t. 5.  
*Hist. du*  
*Congr.*  
 pag. 465.

Ceterum Ultrajectinæ pacis articulis non minus iniquis quam indecoris subscribere constanter renuebat Imperator; ægerrime ferens, quod Angli tot solemnes juratasque foederis leges de bello non ante receptam Hispaniam, nec nisi cum ceteris sociis terminandam perfide violassent, & Galli Argentinam, necessarium adversus vim Francicam repagulum, Imperio eripuissent, nec non quod Imperatori Neapolis Regnum Cæsareis armis partum fuisset ita relictum, ut Sabaudum Siculo Regno auctum, Regio titulo superbum, internecinum Austriacæ Domus hostem cernere cogeret infidum plane vicinum. Id præcipue movit Imperatorem, ut Sabaudicos Oratores & Vienna & Ratisboaa abesse juberet.

ac rejecta monstrosa hac pace potius Sæc. XVIII.  
bellum prosequi, quam fœdifragorum A. C. 1713.  
voluntati deservire mallet: Ejus igitur  
jussu Legati, priusquam Ultrajecto dis-  
scederent, publicis scriptis denegatæ  
subscriptionis rationes divulgant, ipse  
vero Imperator copias omnes e Belgio,  
Catalonia, Italia & Hungaria revoca-  
tas ad Rhenum contrahit, totiusque  
exercitus Imperium Eugenio Principi  
demandat. Hic ergo præprimis Lan-  
daviam novis præsiidiis, munimentis-  
que firmare constituit, hujusque Urbis  
defensionem celeberrimo Belliduci Ale-  
xandro Würtenbergico committit. Ast  
dum Eugenius e Belgio Saxones, Bo-  
ruffos, Hannoveranos, Hassos, & Wür-  
tenbergicos incassum præstolaretur,  
Villarius Gallorum Dux Landaviam die  
vigesima quarta Junii obsidere cæpit,  
quam etiam urbem, etsi Alexander  
strenue eam propugnaret, die vigesi-  
ma Augusti ad deditionem compulit:  
Capta hac urbe Villarius trajecto Rhe-  
no Germanorum aggeres improvise im-  
petu perrumpit, & Friburgum die de-  
cima sexta Septembris obsidet, ipsam-  
que Urbem ab Harschio fortiter defen-  
sam unacum arcibus suis die decima  
sexta Novembris occupat. Enimvero  
Eugenius utrique oppido subvenire con-  
stituit, cum tamen copiis longe inferior  
esset,

Sæc. XVIII.  
A. C. 1713

esset, & submissæ a Germaniæ Principibus segnius agerent, numero, & adversanti fortunæ, non autem virtuti cedere coactus est. In hac rerum vicissitudine Gallus æque ac Imperator ad pacem aspirabant; Pontifex quoque per Cardinalem Piazzam, & Guilielmus Palatinus Elector per Hundhemium Baronem Consiliarium suum Cæsarem ad pacis consilia inclinare adlaborabant, & quidem Elector ad Carolum Viennam perscripsit, Franciæ Regem belli pertæsum Villario jam ante quatuor & quinquaginta dies plenam cum hostibus pacis tractandæ facultatem misisse, consultum igitur sibi videri, ut Eugenius Princeps pari auctoritate ab Imperatore ornaretur; nec his contentus Elector, Hundhemio negotium dedit, ut Electoris non Cæsaris nomine significaret Villario, Carolum Imperatorem a pacis consiliis adeo remotum non esse, ut desuper Eugenio mandata missurus jam fuisset, nisi adhuc comitiorum Imperialium auctoritas desideraretur: deligeret itaque Villarius, quo in loco cum Eugenio colloqui vellet? Seligebatur ergo Schwezinga vicinum Gallicis castris pagum, ubi Hundhemius nomine Electoris, suggerente tamen Eugenio, petiit Landaviæ restitutionem, & Ludovicæ demolitionem.

Pro

Promisit etiam Colonienſem Electorem Sæc. XVIII.  
 reſtitutum iri, dummodo ea, quæ Cæ- A. C. 1713.  
 ſar & Canonicorum Collegia interim  
 ſtatuiſſent, rata haberet, Bonnam,  
 Leodium, & Huyum Imperiali præſidio  
 traderet, Bavaro autem nec Regios  
 titulos tribui nec dignitatem Electora-  
 lem reſtitui poſſe, Bavariam tamen  
 cum Belgio Hispanico permutandam,  
 vel ſi id non placeat, Sardiniam ad-  
 dendam, vel ſuperiorem Palatinatum,  
 Bavaria Cæſari relicta, conſignandum,  
 Palatino autem Landaviam & Liſmo-  
 fanum Belgii tractatum eſſe attribuen-  
 dum propoſuit. Voluit etiam, ut in  
 Electorum Ordine poſterior Palatino &  
 Hannoverano ſit Bavarus, de Mantuæ  
 autem Ducatu cum Guſtalleniſi, de  
 Comachlo cum Pontifice, & de Miran-  
 dula cum Principe legibus agatur, nec  
 quicquam de juribus Philippo II. &  
 III. in Italia competentibus diminua-  
 tur &c. Hæc Hundhemius Villario  
 expoſuit, qui tamen minus æquum ſe  
 exhibens, reſpondit, ſtimularet Electro-  
 rem, ut Raſtadium, Spiram vel Baſi-  
 leam, niſi alius locus commodior vi-  
 deretur, ad congreſſum die vigefima  
 ſexta Novembris habendum ſeligeret:  
 Urgente etiam Piazza Cardinale, cui  
 Pontifex pro communis Patris officio  
 pacis inter Principes Chriſtianos con-  
 cilian-

Sæc. XVII. ciliandæ negotium dederat, post va-  
 A. C. 1713. rios Metis atque Argentorati institutos  
 cum Gallis congressus, tandem præ-  
 fixa die Eugenius, & Villarius Rastradii  
 convenere; Conficiendæ paci obicem  
 posuerat Malknechti, qui Bavaro E-  
 lectori a consiliis erat, epistola, qua  
 significatum, Electorem nec de ulla  
 permutatione audire, nec alias, quam  
 Ultrajectinas admittere condiciones,  
 proin dempto Palatinatu superiore, alioquin ad stirpem suam redituro, Bavariam integram deposcere, unacum Sardinia Regis titulo, & Namurci & Luxemburgi proventibus. Hanc tamen epistolam Villarius nequidem responso dignabatur, Electori ob veterem offensionem parum benevolus, ipse tamen adeo duras proposuit Eugenio condiciones, ut hic jam in eo erat, ut pacis tractatum abrumperet: Convenerat equidem inter utramque de alio pacis typo, quem tamen Franciæ Rex rejecit: Dum ergo Eugenius Stutgardiam, & Villarius Argentinam secederent, Rege tandem Cæsaris condiciones approbante, ambo iterum Rastradii convenerunt, ibidemque in has consensere pacis leges:

I. Ex pace Westphalica, Noviomageni, & Rysvicensi Brisaccum, Friburgum, Kela cum omni penultima bellica



bellica, & Bitſa, & Homburgum reſti- Sæc. XVIII.  
 tuantur, deſtructis Gallorum cis Rhe- A. C. 1713.  
 num munimentis.

II. Landavia, Nusdorfium, Dann-  
 heimium & Queichemium Gallis re-  
 linquatur.

III. Rex Gallix conſentiat in no-  
 num Electoratum.

IV. Bavarus & Coloniensis Elector  
 reſtituantur pleno jure unacum mobi-  
 libus & pretioſis ipſi ablatis, quin ta-  
 men de compensatione damnorum quic-  
 quam moveatur.

V. Bonna ſi bellum fervet, Impe-  
 riali, pacis vero tempore civium præ-  
 ſidio teneatur.

VI. Cæſari Belgium Hispanicum,  
 Menna & Tornacum, ſalva ceſſione  
 Boruſſo facta, necnon Regnum Nea-  
 politanum, Mediolanum & Sardinia  
 unacum urbibus & portibus in Statu  
 præſidii ſitis cedatur.

VII. Germanix & Belgii fines ii-  
 dem ſint, qui ante bellum erant.

VIII. Res in Italia maneat in ſtatu,  
 quo actu ſunt. His conditionibus Eu-  
 genius & Villarius die ſexta Martii  
 ſubſcribere, ſtatuentes, cetera, quæ  
 longioris temporis ſunt, ad ſolem-  
 nem tractatum rejicienda eſſe, pro quo Scha-  
 fuſium, Bada vel Frauenfelda, ad Regis  
 Gallici optionem designabantur. Fauſtiſ-  
 ſimum

Sæc. XVIII. A. C. 1713. finum pacis nuntium Villarius Parisios & Eugenius per Lambergium Comitem Viennam pertulit, summis ubique lætitiis exceptum: Pontifex quoque die septima Aprilis Galliarum Regi maximum explicabat gaudium, quod ex fausto, ac tantopere exoptato successu percepisset, simul etiam eundem rogabat, ut unacum Imperatore Catholicorum Principum quartum Riscensis pacis articulum omnino abrogari denuo molientium violentiis fortiter obniti & afflictæ Hildesienfi Ecclesie opitulari velit.

## §. XII.

*Quatuor Præsules a Clemente XI.  
Papa Romana Purpura  
decorati.*

*Vit. Card.  
tom. 1.*

Hoc item anno die trigesima Januarii Pontifex Purpuratorum Collegium auxit, & quatuor Præsules, quos jam anno priori die decima octava Maii creatos adhuc in pectore servabat, in secreto, ut vocant, Consistorio evulgavit. Hos inter primus erat Emanuel Arias Hispalensis Archiepiscopus ad Philippum Hispani Regis preces nominatus Cardinalis sine titulo. II. Benedictus Sala Ord. S. Benedicti Episcopus Barcinonenfis, Cardinalis ad nominationem Caroli III. Hispa-

Hispaniarum Regis, pariter sine titulo. *Sæc. XVIII.*  
 III. Melchior de Polignac Rotæ Romanæ Auditor a Ludovico Galliarum, *A. C. 1713.*  
 & Jacobo III. Angliæ Regibus nominatus Cardinalis Diaconus. IV. Benedictus Erba Odescalcus Mediolanensis Archiepiscopus Presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei.

§. XIII.

*Ven. Josephi Mariæ Tomasii Cardinalis obitus.*

Horum inaugurationem maturabat Pontifex, eo quod intra paucos *Orat. Consist. Clem. XI. pag 83. Hist. Pontif. t. 2. p. 223.*  
 Menses ex Purpuratis plures decessissent, & quidem hoc anno die prima Januarii obiit Joseph Maria Thomafius Panormitanus. Hic Parentibus vitæ sanctimonia, generisque nobilitate inclytis natus cum lacte materno pietatem, amorem erga pauperes, liberalitatemque hausit, jussuque Ducissæ Matris suæ infans adhuc ab ubere Nutricis pendens, elemosynam egenis largitus est. Prima, quæ protulit verba, charitatem in Deum, & odium in peccatum testabantur, & unacum Matre ad Palmanæ Ecclesiæ fabricam lateres & cæmenta teneris suis humeris portabat, nilque magis ei familiare erat, quam pauperum pedes abluere, *Hist. Eccles. Tom. LXVIII.* Mm eis

Sæc. XVIII.

A. C. 1713

eis ad mensam fervire, assiduis vacare precibus, aliisque pietatis exercitationibus. Erat inter fratres suos nato major, spretis tamen paternæ Domus divitiis, & honoribus, ut in Congregatione Canonorum Regularium Theatinorum reciperetur, lacrimis a suis piissimis Genitoribus impetravit. Annum agebat ætatis decimum septimum, dum Panormi die vigesima quinta Martii hoc Institutum professus, humilitate, abstinencia, carnis maceratione, & orationis sublimitate non jam tyro, sed vitæ Asceticæ Magister audiebat: raro, & tum nonnisi depresso ad terram capite domo exibat, ac solitudinis amans, non paucos dies jejuniis, integras noctes nuda humo cubans infornes sacrarum meditationum vigiliis traducebat: vestes magis detritas quærebat, atque a pecuniis velut a peste abhorrens, in sola humilitate & paupertate divitias suas reponebat: eapropter in communi mensa infimum inter suos sodales locum plerumque occupabat, & cibum potumque absynthio condiebat, ab omni ambitione adeo alienus, ut digniora Instituti sui officia, nec non Episcopalis Examinatoris, & Rituum Congregationis munus sibi ab Innocentio XII. ultra oblatum constanter recusaret, & quamvis Superiorum

Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.

rum jussu sacris Ordinibus initiatus esset, nunquam tamen Confessionibus excipiendis admoveri voluit, tremendi ministerii sese indignum prorsusque ignarum reputans. In tanta vitæ austeritate, ingenium tamen suum avidissime excoluit, omneque tempus a sacris meditationibus vacuum literarum studiis dicavit: Philosophicis & Theologicis scientiis sacrarumque literarum cognitione apprime excultus, Romæ in cænobio suo sancti Sylvestri Græcas, hebraicasque literas profunda cognitione consequabatur. His subsidiis fretus, in pervestigandis sacræ antiquitatis monumentis dudum inter pulveres sepultis totus fuit, pluresque libros Christiana eruditione refertissimos conscripsit, in quibus tamen maluit ipse sapiens, ac utilis esse, quam videri, a doctissimo etiam Pontifice Benedicto XIV. ob raram sanctitatem, eximiamque eruditionem multis encomiis celebratus. Jussus a Clemente XI. Congregationibus adesse S. Officii, Rituum & Indulgentiarum, paruit, sed nonnisi coactus, Pontificis imperio: ubi vero eum idem Pontifex Purpuratorum Collegio adscribere constituerat, recusabat palam, ac humillimis ad Papam literis rogabat, ne invitum cogeret; sibi enim persuasissimum esse, humilem

M m 2

mitem

Sæc. XVIII.

A. C. 1713

milem Religiosi statum cum magnifico, ac superbo fastu componi haud posse, seque ab Innocentio XI. literas obtinuisse, quibus cunctas Ecclesiæ dignitates & honorifica officia respuere, sibi indultum esset: cum autem ipsemet ceteris ardentius Clementem Papam ad acceptandum supremi Pontificatus honorem objecto Religionis metu impulisset, hinc Pontifex eodem usus argumento, misso ad eum Ferrario Cardinale reposuit, nec ipsum sine gravissimi criminis labe Cardinalitiam dignitatem posse recusare: Præcepit igitur Thomasio, ut eam acceptaret, collatoque Titulo S. Sylvestri eum Congregationibus etiam S. Officii, Concilii Tridentini, Episcoporum & Regularium adscripsit. Nec tamen propterea Thomasius a pristino vitæ rigore quam remisit, sed in angusta sua cella permanens, duntaxat, ut obtentæ dignitatis decori consuleret, domum Titulari suæ Ecclesiæ vicinam conduxit, eundemque lectulum tribus asseribus & culcitra prorsus lacera constantem illuc invexit, titulumque *Eminentissimi* maxime abhorruit, insignia, vestesque Cardinalitias invitus ac mærens detulit. Ad mediæ noctis horam quotidie evigilans, piis meditationibus incumbens, ut ad rem Divinam summo

man

mane peragendam dignius accederet: Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.  
 quotidie etiam Divino Officio in sua  
 Titulari Ecclesia interfuit, ac non raro  
 in suo cubiculo intempesta nocte aut  
 orare aut flagris corpus suum affligere  
 audiebatur. Assignabat eidem Ponti-  
 fex annuam mille scutatorum pensio-  
 nem, quas tamen pecunias ipse po-  
 tissimam partem in pauperes erogavit,  
 corruptos quoque populi Romani mo-  
 res ægerrime ferens, summo Pontifici  
 typum edicti proposuit, quo universalis  
 morum correctio inveni posset, ipse e-  
 tiam crebris, fervidisque sermonibus  
 ad populum habitis, vitæ licentiam  
 refrænare, & pueros Christianæ fidei  
 rudimentis imbuere studuit.

Tot austeritatibus, laboribusque  
 fractæ vires instantem mortis horam  
 præsagiebant Thomasio, qui etiam in  
 subterranea suæ Ecclesiæ crypta sepul-  
 crum sibi elegit, ac cuidam lateri cocto  
 hanc sepulcralem inscriptionem in-  
 scripsit: *I. M. Presb. Card. Tit. Equitii*,  
 sine cognomine, sine temporis nota.  
 Titulum adjecit Equitii, quod nomen  
 erat illius, qui antiquus fuerat illius  
 fundi Dominus, nec addidit nomen sui  
 tituli, ne sancti Sylvestri & Martini  
 nomina pedibus conterrentur: Erat  
 quidem tum minus firma valetudine,  
 nemo tamen proxime instantem suspi-  
 caba-

Sæc. XVIII. cabatur mortem; solus vero Thomasius  
 A. C. 1713. sæpe haudque obscuris verbis se brevi  
 vivis excessurum prænuntiabat, cum-  
 que Cardinalis Fabronius, Congrega-  
 tionis suæ Præpositus, ejusque Con-  
 fratres, necnon ipsius Medicus pro more  
 ad Natalitia festa Thomasio prospere  
 quæque auspiciarentur, ipse singulis  
 respondit, se nunquam libentiori ani-  
 mo hæc omina excepisse, eo quod pau-  
 cis post diebus moriturus esset. Hujus  
 prælagii veritatem testabatur succes-  
 sus; die enim vigesima quarta Decem-  
 bris Thomasius ægrotare cæpit, divi-  
 nis tamen officiis in Vaticana Ecclesia  
 adhuc, febricitans licet, interfuit:  
 postridie aucto morbo lectum petere a  
 Medico jussus, non paruit, nisi prius  
 rei sacræ in suo Sacello adfuisset: Hic  
 primus vitæ suæ sacerdotalis dies fuit,  
 quo incruentum hoc Sacrificium ipse  
 met non obtulisset. Duobus sequenti-  
 bus diebus Pulmonum inflammatione  
 gravius laborabat, summo tamen mane  
 e lectulo surgens, deliquiisque diffluens,  
 Rei sacræ adstitit: Sparso conclamatione  
 salutis rumore Cardinales, aliique  
 quamplurimi ad eum invisendum ac-  
 currebant, & Pontifex, cum ipsemet  
 adversa valetudine detentus, ægrotan-  
 tem convenire haud posset, Hanniba-  
 lem Cardinalem, & Alexandrum Al-  
 banum,



banum Nepotes suos ad eum decrevit, Sæc. XVIII.  
 ut Pontificio nomine Apostolicam bene- A. C. 1713.  
 dictionem eidem impertirentur, cuncta-  
 que charitatis officia morituro exhibe-  
 rent, qua accepta Thomasius suos fa-  
 miliares Pontificis liberalitati commen-  
 dans, hæredem scripsit Collegium de  
 propaganda fide, cetera vero bona sua  
 Titulari Ecclesiæ suæ, pauperibus,  
 aliisque locis piis reliquit, ne obulo  
 quidem suis Propinquis assignato. De-  
 mum postrema anni die Eucharistico  
 epulo avidissime expetito, necnon sacro  
 oleo munitus, in eadem sanctitate, in  
 qua adolevit & vixit, die prima Januarii  
 obiit anno ætatis suæ sexagesimo tertio:  
 Tumulatus est in sua Ecclesia in eodem  
 sepulcro, & inscriptione, quam ipse  
 sibi fecerat; cum autem ejus divitias  
 ac patrimonium jam dudum pauperum  
 manus in cælos deportassent, jussu Cle-  
 mentis XI. iusta funebria expensis Ca-  
 meræ Apostolicæ peracta sunt: Cada-  
 ver ejus Pontificis jussu a chirurgis  
 seccabatur, ubi vero denudatum fuit,  
 ut ejus castimonia etiam post mortem  
 patefieret, oculos, quasi vim patere-  
 tur, aperuisse, eosdemque, dum vesti-  
 bus tegebatur, clausisse, idque toties,  
 quoties chirurgus nudo corpori manus  
 admovebat, contigisse ferunt. Jam  
 publico Ecclesiæ judicio relatus fuit

Mm 4

Tho-

Sæc. XVIII. Thomafius inter Venerabiles Dei Ser-  
 A. C. 1713. vos, ac de ejus Beatificatione adhuc  
 consulitur, ipseque Benedictus XIV. dum adhuc fidei Promotorem ageret, Cauffæ commissionem de ejus Beatificatione signabat. Clemens vero Papa die trigesima Januarii habito Purpuratorum Senatu dignissimi hujus Cardinalis mortem deplorans, aiebat: *Non dissimulare possumus, ceteris acerbiorem Nobis accidisse novissimam omnium, quam fecimus, eximii ac piissimi Viri Cardinalis Thomasi jacturam; moleste siquidem sentimus, nimia celeritate Nobis ereptum fuisse verum exemplar sanctioris veteris disciplinae, quod in ejus moribus, & Doctrina suspiciebamus.*

## §. XIV.

*Hujus Cardinalis opera.*

**E**rat hic Cardinalis ingenio acutus, memoria felix, in omnigena eruditione profundus, adeo abjecte tamen de seipso sentiebat, omnemque scientiæ laudem abhorrebat, ut fere nunquam in quacumque quæstione suam proferret sententiam, sed duntaxat fontes aperiret, & dicta Patrum, unde quæstio dirimeretur, ostenderet, ac fere nunquam suo, sed alieno *M. Carii Presbyteri Theologi* nomine libros ederet.

ret. Hos inter maximo Romæ plausu Sæc. XVIII.  
 excipiebantur ejusdem *Institutiones Theo-* A. C. 1713.  
*logicae antiquorum Patrum, quæ aperto*  
*sermone exponunt breviter Theologiam,*  
*sive Theoreticam, sive practicam.* Scripsit  
 quoque Codices Sacramentorum non-  
 gentis annis vetustiores, Psalterium  
 juxta duplicem editionem Romanam  
 & Gallicam cum canticis, Hymnis,  
 & Orationali: aliud Psalterium cum  
 orationibus, & Canticis prisco more  
 distinctum: Sacrorum Bibliorum titulos  
 sive capitula ante annos mille in Oc-  
 cidente usitata: Responsorialia, & An-  
 tiphonaria Romanæ Ecclesiæ a S. Gre-  
 gorio M. disposita, cum appendice mo-  
 numentorum veterum, & cum scholiis.  
 Antiquos libros Missarum Romanæ Ec-  
 clesiæ, id est, Antiphonarium S. Gre-  
 gorii Papæ &c. Officium Dominicæ  
 Passionis feria sexta Parasceve secun-  
 dum ritum Græcorum, nunc primo  
 latine redditum. Indiculum Institu-  
 tionum Theologicarum veterum Pa-  
 trum. Dissertationes de fermento Eu-  
 charistico, Speculum S. Augustini, Ve-  
 ram normam Deum glorificandi, Breve  
 compendium Psalmorum, Constitutio-  
 nes Monialium Palmæ Ord. S. Bene-  
 dicti. Succinctam Instructionem de  
 modo assistendi Sacrificio Missæ, episto-  
 lam ad Visitatores Monasteriorum, Of-  
 ficiam

Mm 5

ficiam

Sæc. XVIII ficium proprium S. Gaudentii Arimi-  
A. C. 1713 nensis Episcopi, Novum Missale reco-  
 gnitum, atque emendatum, Exercitia  
 quotidiana, aliaque opuscula ad ex-  
 citandam fidelium pietatem accom-  
 moda.

## §. XV.

*Joannis Francisci Negronii Cardi-  
 nalis extrema.**Vit. Card.**t. I. p. 177.**Guarnac.**Vet. Pontif.**t. I. p. 282.*

Ingens quoque sacri Collegii decus &  
 ornamentum erat Joannes Franci-  
 scus Negronius, Genuensis Patricius,  
 qui humanioribus literis in patria in-  
 stitutus, Perusii utriusque jurispruden-  
 tiæ lauream adeptus est, inde Romam  
 evocatus, sub Alexandro VII. Proto-  
 Notarius, & utriusque Signaturæ Re-  
 ferendarius, ac plurium civitatum Gu-  
 bernator renuntiabatur. Evecto autem  
 ad Petri Cathedram Innocentio XI.  
 Thesaurarius Generalis Anno 1681.  
 nominatus hoc officium, cum aliunde  
 mira rerum gerendarum dexteritate,  
 ac parsimonix studio polleret, non sine  
 maximo Apostolici ærarii proventu  
 obibat: Quinto post anno Cardinalis  
 Diaconus, Faventinus Episcopus, ac  
 demum Bononiensis Legatus decerne-  
 batur: tanto tamen justitiæ Zelo ar-  
 debat, ut magna severitate usus,  
 Ma-

Magnates sibi adversos haberet, & Sæc. XVIII.  
 plebs ipsum velut alterum Neronem re- A. C. 1713.  
 spiceret, eoquod tres sceleratos juve-  
 nes, insuperhabita vitæ gratia eis data,  
 laqueo suspendi jussisset. Absoluta hac  
 legatione ad Faventinum Episcopatum  
 reversus, Romæ Sacellum & Semi-  
 narium suo ære erigi curavit. Inter-  
 fuit quoque comitiis tribus Alexan-  
 dri VIII. Innocentii XII. & Clementis  
 XI. sub quo etiam die prima Januarii  
 annos natus octoginta tres Romæ de-  
 cessit: Magnam pecuniarum vim ad  
 causas pias legavit, cetera vero bona  
 quatuor Nepotibus suis testamento re-  
 liquit. Avaritiæ nomine apud multos  
 male audiebat, multumque temporis  
 in computandis, quas corraferat, pe-  
 cuniis suis insumpsisse dicitur: Præsu-  
 listamen dignissimi, Virique doctissimi,  
 atque in Jurisprudencia versatissimi lau-  
 dem nec invidia ipsa eidem denegare  
 potuit, semperque præclara pruden-  
 tiæ, ac integritatis specimina edidit  
 in quinque Congregationibus, quibus  
 adscriptus erat.

## §. XVI.

*Tuffanus de Fanson de Fourbin Car-  
 dinalis mortuus.*

Ter-

Sæc XVIII.  
A. C. 1713.

Tertius ex Purpuratis hoc anno denatus erat Tuffanus de Janfon de Fourbin Gallus Nobilis: Hic ad Patris sui, strenui Belliducis imitationem in armorum disciplina educatus, stipendia agere, atque in castra sese recipere statuit, hanc ob rem inter Equites Militenses jam a pueritia adscriptus: Verum tacito quodam naturæ impulsu, ac literarum amore incitatus, deponit Baltheo, Clericali militiæ sese mancipavit: Igitur omnem operam ad ea literarum studia contulit, quibus quorundam in Præsulem Ecclesiæ utilem reformari posset: Nondum vigesimum secundum ætatis annum egre-tus erat, cum a Patruo suo Dinienſi Episcopo in Coadjutorem assumptus, quamprimum per ætatem licuit, Massiliensem Episcopatum susciperet, postea ad Bellovacensem translatus: Mira pollebat dexteritate in expediendis negotiis publicis; quocirca a Ludovico XIV. Galliarum Rege ad Aulam evocatus, illum in castris interdum sequebatur, ejusque consilio Rex sæpe utebatur, eumque ad componenda dissidia inter Magnum Etruriæ Ducem, ejusque Conjugem exorta Florentias, postea in Hollandiam, ac demum in Poloniam pro promovenda Joannis Sobieskii electione Legatum decernebat, ubi

novum

novum hunc Regem tam arcte sibi de-  
 vinxit, ut ab eo ad Romanam Pur-  
 puram nominaretur, & a Ludovico  
 Rege Ordinis Equitum S. Spiritus in-  
 signia in laboris præmium adipiscere-  
 tur: Renuebat Innocentius XI. Tussa-  
 num Cardinalium Collegio adscribere,  
 causatus, quod in gratiam Poloni Re-  
 gis, non alienigena, sed Polonus fo-  
 ret assumendus, genuina tamen hujus  
 repulsæ causa erat, quod Tuffanus  
 non modo comitiis Cleri Gallicani An-  
 no 1682. interfuerit, sed etiam una-  
 cum aliis Franciæ Episcopis a senten-  
 tia excommunicationis adversus Lavar-  
 dinum Legatum pronuntiata ad futu-  
 rum Concilium provocasset, & in Po-  
 loniæ comitiis multa contra Sedem  
 Apostolicam oblocutus, salutare con-  
 tra Turcas decretum ibidem conden-  
 dum præpediisset: Has ob causas Tuf-  
 sanus nonnisi ab Alexandro VIII. Gal-  
 liam cum sacra Sede conciliare intento  
 Purpuram obtinere poterat, adhuc-  
 dum vehementer reclamantibus Car-  
 dinalibus Colorado & Aguirre, qui in  
 publico Patrum Senatu Pontifici ob-  
 jiciebant, indignum fore, si inter Pur-  
 puratos recenseretur ille, qui palam  
 adversus Romanam Sedem insurrexisset:  
 Pontifice autem respondente, Tuf-  
 sanum quæ dixisset, revocasse, hanc  
 pali-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1713.

*Vid. supra*  
 l. 210. §. 95.  
 & § 96.  
 pag. 671.  
 tom. 65.

Sæc. XVIII. palinodiam non fuisse publicam regerunt Cardinales; insuperhabita tamen horum oppositione Tussani inaugurationis processit, qui etiam mox Romanam delatus, Ludovici Regis apud summum Pontificem Legatum agebat, ubi ad Aulæ flatum versatilis, ita Regis sui commoda procurabat, ut monstrato Jansenistarum odio Pontificum favorem emeretur. Interfuit post Alexandri VIII. obitum sacris comitiis, in quibus Innocentium XII. ad Divi Petri Cathedram promovere adlaboravit, atque inter Sedem Apostolicam & Franciæ Regem concordiam, quam sub Alexandro VII. absolvere non potuit, sub Innocentio feliciter completit: Defuncto autem hoc Pontifice, cunctos Gallicæ factionis Cardinales tam dextere eo inclinabat, ut hi excluso Marescotto Clementem XI. Gallis apud primæ affectum unanimi suffragio eligerent. Tanta apud hunc Pontificem valebat auctoritate, ut cuncta, quæ precibus obtinere desperabat, importunitate ac minis extorqueret: cumque Pontifex vacantes utriusque Siciliae Episcopatus nominatis concedere tergiversaretur, audacter a Pontifice petiit, ut *mox mentem suam declararet, ni violenta Regni possessione, Sacram Sedem feudi prærogativa, & proventibus privari*



privari mallet: cui tamen hæc reposuit Sæc. XVIII.  
 Pontifex: *memor esto, Te non jam cum A. C. 1713.*  
*Albano Cardinale, sed cum Clemente XI.*  
 loqui, quibus dictis terga vertens sub- Vid. supra  
 junxit, *satis superque audivimus. Nec l. 212. §. 122.*  
 tamen inde territus Tuffanus, unacum p. 690. t. 66.  
 Hispano Oratore, aliisque Gallicæ  
 factioni addictis de dolo, quo solitum  
 Neapolitani Regni tributum Pontifici  
 obtruderetur, consultabat, omni que  
 data occasione Gallici Regni utilitatem  
 strenue promovere satagebat: Tandem  
 vero gravi oppressus morbo, Roma in  
 Franciam revocatus, supremique Elec-  
 mosynarii dignitate auctus, die vige-  
 sima quarta Martii Parisiis mortali-  
 tatem exiit annos natus septuaginta no-  
 vem. Adscriptus erat Congregationi-  
 bus Propagandæ fidei, Regularium,  
 Visitationis Apostolicæ, Rituum & Si-  
 gnaturæ Gratix.

§. XVII.

*Conspiratio in Augustum Poloniæ  
 Regem detecta.*

Postquam Petrus Moscoviæ Dux capto  
 Steinbockio Suecorum Ductore Kettel. Dec.  
 cum classe ducentarum octoginta na- VI. p. 693.  
 vium in Bothniam Suedicæ Nordlan- Epist. Clem.  
 diæ portum appulerat, occupatis Hel- XI. p. 1918.  
 singfortio, Aboa, aliisque urbibus, ac  
 postea

Sæc. XVIII  
A. C. 1713

postea Stetino in Pomerania ad deditionem compulso in Finlandia Suecicas copias ad internecionem delevit. Iterata hac clade Carolo Suecorum Regi, qui Benderæ a Turcis derelictus, male habebatur, Thronum suum armis recuperandi spes intercisa erat, quocirca desperatis rebus suis opem in aliena perfidia quærebat: Eo tempore Turcæ Polonos quosdam Augusto Regi & Saxonibus infensos ad seditionem concitarunt, eo fine, ut turbato rerum statu, Poloniam invadere, cum ingenti exercitu in aciem exire & Suecorum res in Polonia atræ proditiōnis subsidio promovere possent: Præcipua autem conjuratorum intentio erat, ut Augustum Regem, Ministros ejus, Germanos & Saxones una omnes trucidarent. Verum Deo salutis Principum invigilante contigit, ut hac conjuratione tempestive detecta, Jablonskius, Czernochowitius, ceterique complices unacum eorum uxoribus in vincula conjicerentur, quo comperto Turcæ sua spe delusi, misso Varlaviam Legato Polonos in Turcicam ditionem profugos saltem venia donari, eisque sua bona & officia, Stanislao autem Leszinskio Posnaniensem Præfecturam reddi efflagitarunt: deinceps vero non modo ab omni hostilitate ab-

stinue-

stinuerunt, sed etiam de pace, quam Sæc. XVII.  
A. C. 713.  
 antea, restitutis ad Euxini Ponti lit-  
 tora bello nupero partis, cum solis  
 Moschis pepigerant, etiam cum Polo-  
 nis tractare cæperunt: Cum autem  
 summo Pontifici nuntiatum esset, quod  
 Turcæ Tartarique hujus conspirationis  
 occasione Caminecum invadere moli-  
 rentur, hinc ejus jussu Nuntius Apo-  
 stolicus Cardinalis Odescalchus uni-  
 verso Poloniæ Clero pro avertenda Tur-  
 carum tyrannide publicas preces in-  
 dixit, ipse vero Pontifex datis die de-  
 cima quinta Novembris ad Poloniæ  
 Regem literis eundem ad excipiendam  
 forti animo hanc Turcarum invasionem  
 hortatus, quinquaginta imperialium  
 millia pro muniendo Camineco libe-  
 raliter submitit, opportuna officia apud  
 Cæsarem, Franciæ Regem, Venetos-  
 que pollicitus.

§. XVIII.

*Collisio jurisdictionis Ecclesiasticæ cum  
 Laica in Neapolis Regno.*

Quamprimum Daunius Comes rur-  
 sus Pro-Regis dignitate a Cæ-  
 sare auctus, Neapolin venerat, non  
 modo Regni securitati contra Siculo-  
 rum irruptiones provide prospexit, sed  
 præprimis in sicarios, aliosque scele-  
 Hist. Eccles. Tom. LXVIII.      Nn ratos

Sæc. XVIII. ratos homines severe inquiri iussit: Eo  
A. C. 1713. enim tempore perditissimorum juve-  
 num colluvies invaluerat, & non pauci  
 venenatam aquam, quam *Toffanum*  
 appellant, aliumque pulverem, quo  
 vesicam levare præpediebant, par-  
 abant, qua stygia arte pluribus, qui  
 mali causam cognoscerent, mortem  
 adsciscebant: Horum quidam supplicii  
 impendentis metu ad Ecclesias proli-  
 gere, ut sub tutela inviolati Templi  
 impunitatem libertatemque adipiscer-  
 rentur. Verum Pro - Rex annuente  
 Imperatore hosce sicarios satellitum  
 ope ex Ecclesiis extrahi iussit: quo  
 comperto Nuntius Apostolicus ceteri-  
 que Præsules cum loci sanctitatem  
 immunitatemque violatam fuisse ar-  
 bitrarentur, in Judices, qui hosce sa-  
 tellites emiserant, censuris agebant.  
 Hoc audito Pro - Rex milites in Pa-  
 latium Archiepiscopale immittit, &  
 Consilii Ecclesiastici Præfectum, nec  
 non duos Curiaë Fiscales comparere  
 jubet, illosque, cum parere recusa-  
 rent, vi comprehensos, navique im-  
 positos Romam deducit. Ea res pro  
 affectuum diversitate diversos concita-  
 bat motus, ac Beneventi inter Pontifi-  
 cios & Germanos milites cruentum  
 etiam certamen accendebatur: quo  
 propter Pontifex die trigesima prima  
 Au.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.

Augusti apud Carolum Imperatorem questus hæc scripsit: *Omnem verborum amplitudinem & copiam excedit intimus doloris, imo etiam horroris sensus, quo Nos affecti sumus, cum in Neapolitana Civitate nuperrime in maximam Ecclesiasticæ libertatis injuriam, ac gravissimum Archiepiscopalis & Cardinalitiæ dignitatis dedecus ea admissa fuisse percepimus, quæ Georgius Archiepiscopus Cæsareæ Nuntius noster Majestati Tuæ nostro nomine fusus explicabit. Nec profecto veremur, quin iis cognitis Te quoque magnopere commoveri sentias, ac incitari ad ea quamprimum decernenda remedia, quibus nefaria ejusmodi attentata celeri & congrua reparatione sarciantur, ac ingens, publicumque scandalum, quod propterea Christiani-fidelium mentibus ingestum est, omnino tollatur &c. Ceterum minus decorum videtur, quod Ecclesia, Religionis ac pietatis arx, in impietatis & scelerum aram, tamquæ enormium homicidiorum tutelam convertatur, quocirca asyli corruptelas jam olim Urbanus V. & VIII. Julius III. Pius IV. Gregorius XIII. Sixtus V. Innocentius X. & XI. & Clemens IX. sustulerunt, loci enim sanctitas præpostere ac perperam publicæ justitiæ dispendio vindicatur.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.

§. XIX.

*Diversæ Pontificis Constitutiones  
& epistolæ.*

*Epist. Clem.*  
*XI. p. 2806.*  
*Gottfrid.*  
*Hist. cont.*  
*Chron. l. 15.*  
*pag. 20.*

Inter anxias curas, quibus paternum summi Pontificis pectus in tanta temporum calamitate excruciabatur, haud infima erat Hiberniæ Catholicis graviter vexatis succurrendi sollicitudo; cum enim hi omni prorsus auxilio destituti, ab Eterodoxis Magistratibus, aliisque publica auctoritate communitis omnium calamitatum genere premerentur, nihilque intentatum relinqueretur, ut omne orthodoxæ Religionis vestigium, & vel ipsum Romanæ Ecclesiæ nomen in ea, quæ olim Sanctorum Insula merito appellari, prorsus aboleretur, quinimo Schesburius Dux ac Hiberniæ Pro-Rex pro opprimendis Catholicis subsidia a Calvinistis peteret, hinc Pontifex die decima quarta Januarii datis literis Cæsarem, Ludovicum Franciæ Regem & Victorem Amadæum Sabaudia Ducem sollicitabat, ut ad eorum rumnas, quibus miseri illi Catholicis exagitantur, levandas validum conferre velint auxilium: Solatium tamen afflicto Pontifici attulerant literæ, quibus Fridericus Augustus Regius Poloniæ & Electoralis Saxonie Princeps

& Augusti Poloni Regis Filius significabat, quod hæresin ejurare, fidemque Catholicam palam profiteri decrevisset: eapropter Pontifex eidem rescribens, meritas tribuit laudes, & Pontificiæ charitatis testimonia amplissima pollicitus est. Nuntiatum erat Pontifici, quod Guilielmus Hyacinthus Nassovio - Sigenus Princeps religione Catholicus sua dominia & bona, ut honestæ suæ sustentationi prospiceret, Patrueli suo Adolpho Nassovio A catholicico cedere meditaretur; cum ergo haud levia inde in Catholicam religionem damna derivari timeret Pontifex, die undecima Februarii Lotharium Franciscum Moguntinum Archiepiscopum atque Electorem rogabat, ut præfatum Principem ab hoc proposito revocare, vel si jam cessisset, hunc contractum rescindi, eique certum proventum assignari curaret, ut commode ac decenter ali possit. Cum autem A catholici pro more suo in Ademariæ Principatu Ecclesiasticam jurisdictionem, & Catholicæ fidei exercitium excludere molirentur, imo eo jam temeritatis progressi essent, ut cum Vicarius Generalis Trevirensis Confluentiæ degens illius loci Parocho inhibuisset, ne quosdam sponso Matrimonio conjungeret, ipsisque Sponsis

Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.

*Vid. supra*  
pag. 93.

Nn 3                      diem

**Sæc. XVIII.** diem apud se dixisset, A catholici præ-  
**A. C. 1713.** fato Parocho injunxerint, ne huic man-  
 dato pareret, sed celebrationi hujus  
 Matrimonii interesset, indicta gravi  
 pœna tam huic quam Sponsis, si Vi-  
 carii judicio se sistere auderent. Re  
 comperta Pontifex die duodecima e-  
 jusdem Mensis Carolo a Lotharinga  
 Trevirensi Archiepiscopo atque Electori  
 injunxit, ut congruis mediis eorum-  
 dem A catholicorum audaciam coercere  
 niteretur. Eodem ferme tempore Ver-  
 densis Monasterii Abbas Ord. S. Bene-  
 dicti summo Pontifici significabat, quod  
 Borussia Rex sua fretus potentia nullo  
 titulo legitimo in Abbatia bona & ju-  
 risdictionalia olim jure acquisita, & ab  
 Imperatoribus confirmata manus in-  
 jecerit, & reclamante Abbate vi oc-  
 cuparit, hinc Pontifex die octava Apr-  
 ilis Caroli Cæsaris, Moguntini & Pa-  
 latini Electorum patrocinium implora-  
 bat, ut erepta huic Monasterio redde-  
 rentur. Præterea die tertia decima  
 Maij gravibus verbis Pontifex Hugoni  
 Francisco Episcopo Litomericensi Me-  
 tropolitanæ Ecclesiæ Colonienfis De-  
 cano exprobrabat, quod Universitatem  
 Colonensem Apostolicæ jurisdictioni  
 subjectam, amplis Pontificum privile-  
 giis & Ecclesiasticis proventibus ditata-  
 tam, & Ecclesiasticis potissimum Pro-  
 fessio-



fessoribus provisam sæculari jurisdic- Sæc. XVIII.  
 tioni subiecisset, & Casparem Huygen A. C. 1713.  
 præfatæ Universitatis Professore, &  
 intrusum illius Decanum, etsi eum  
 Joannes Baptista Cardinalis Bussi ad  
 Rheni Tractum Nuntius Apostolicus  
 excommunicatum declarasset, ex lai-  
 calis tamen potestatis mandato in sua  
 perveracia confoveret, utque male usur-  
 patam Decanatus possessionem & usum,  
 reclamante ferme tota Universitate re-  
 tinere posset, strenue eniti ausus fue-  
 rit, & Professorum hunc Decanum  
 agnoscere recusantium bona Ecclesia-  
 stica sequestro ex laicæ potestatis jussu  
 supposuerit. Summopere autem exag-  
 gerabat Pontifex, quod etsi præfatus  
 Episcopus ob violatam Ecclesiæ im-  
 munitatem censuris innodatus fuisset,  
 in ipso tamen Paschatis die solemne  
 Missæ Sacrificium Colonix obtulerit,  
 hinc Pontifex eundem hortabatur, ut  
 quæ nequiter egerat, congrua emen-  
 datione corrigat, a Pontificalibus ab-  
 stineat, ac conscientiæ suæ protinus  
 consulat, priusquam Deus manum  
 suam ad feriendum extendat, cum au-  
 tem idem Episcopus contempto Ponti-  
 ficis præcepto etiam in die Pentecostes  
 solemni more sacrificasset, Pontifex die  
 prima Julii significavit, hunc ab in-  
 gressu Ecclesiæ, a Divinis, & Pontifi-  
 calium

Sæc. XVIII. calium usu esse suspensum, proin illum  
 A. C. 1713. Canonici ab omni Capitulari conventu  
 excluderent, Breve Apostolicum in  
 Capitulo prælegi, illudque huic Epi-  
 scopo indicari satagerent.

Compererat Pontifex, quod Impe-  
 ratrici Elisabethæ Christinæ Germa-  
 niam repetenti, ejus Parentes obviam  
 processuri essent, hinc arrepta inde  
 occasione eam die decima tertia Maii  
 hortabatur, ut ipsos ad ejurandam hæ-  
 resin & amplectendam fidem Catho-  
 licam proposito sui, sui que Avi & Ami-  
 tæ suæ exemplo permovere niteretur.  
 Cum autem Prussæ Rex in Ducatu  
 Cliviensi, aliisque suis ditionibus, Pa-  
 rochis Catholicis præcepisset, ut Do-  
 minicis, festisque diebus in sua quis-  
 que Ecclesia certas preces ad postulan-  
 dum sectæ Calvinianæ incrementum  
 ex suggestu recitarent, ideo Pontifex  
 die decima septima Junii Imperatorem,  
 atque Electorem Palatinum exorabat,  
 ut Parochos ab iniquo hoc mandato  
 eximi curarent. Insuper eadem die  
 datis literis vehementer objurgabat  
 Capitulum & Canonicos Ecclesiæ Ca-  
 thedralis Coloniensis, quod non semel  
 admoniti & requisiti cohibere neglexe-  
 rint audaciam concivis sui Hieronymi  
 Beck, qui famoso libello Alexandri  
 Borgiæ Apostolicæ Nuntiaturæ Ad-  
 mini-

ministratoris famam & honorem fædif-  
 fimis contumeliis, calumniisque pro-  
 fcindere ausus erat, etsi Trevirensis  
 Elector hunc libellum a sua Diæcesi  
 sub gravissimis pœnis proscripserit, alii-  
 que Germaniæ Antistites, & Principes,  
 apud quos præfatus Hieronymus an-  
 tea in pretio erat, illius opera dein-  
 cept nullatenus uti decreverint. Ea-  
 propter Pontifex his Canonicis injun-  
 xit, ut inustam eorum nomini labem  
 prompto remedio abstergere haud cun-  
 starentur. Trigesimo die ejusdem  
 Mensis Universæ Nationi Maronitarum  
 Pontifex significabat, quod Sacra Con-  
 gregatio Propagandæ Fidei per Decre-  
 tum a Papa confirmatum declararit,  
 Jacobi Patriarchæ exauctorationem ab  
 ipsis factam esse injustam, nec accusa-  
 tionum capita satis probari, proin eum  
 pristinum in locum esse restituendum,  
 hinc Maronitis præcepit, ut præfato  
 Patriarchæ debitam præstent obedi-  
 tiam. Paulopost nuntiatum Pontifici,  
 quod Canonici Colonienses cum quo-  
 dam Acatolico Principe convenissent,  
 ut in urbe Rhenobergenfi pro Calvinianæ  
 sectæ exercitio palam habendo Ecclesia  
 aperiretur, hinc eos die decima quinta  
 Julii gravibus literis admonuit, ut ejus-  
 modi consiliis fortiter resistent.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1713.

*Vid. supra*  
*pag. 382.*  
*Bull. magn.*  
*part. 2.*  
*pag. 425.*

Nn 5

Jana

Sæc. XVIII.

A. C. 1713.

*Vid. supra*  
l. 214. t. 67.  
S. 9. pag.  
561. & 569.

Jam anno hujus sæculi septimo Pontifex apud Sabaudix Ducem vehementer querebatur contra Ebrodunensis Archiepiscopi Officiale Hieronymum Marcellum Mastieram, qui suam jurisdictionem, quamvis a Sede Apostolica prohibitus, in Niciensi urbe exercere pergebat, se in hoc officio tueretur, Laicos Magistratus adiit, & ab eo decreta sacræ Sedi injuriosa extorsit, quæ circa Pontifex die decima quinta Julii Canonicis, & univerto Clero Niciensi denuntiabat, omnes jurisdictionales actus, gestos, ac gerendos ab hoc Officiali esse nullos, irritosque, eisque inhibuit, ne hunc, ut Officiale agnoscerent, nec ullum ei obedientiæ obsequium exhiberent, sed tanquam excommunicatum haberent, eo quod contempto Apostolico interdicto Officium ibidem palam exercere ausus esset. Cum autem Carolus Imperator ingentem pecuniarum summam, quæ ei ex hæreditario assè Legati sui apud Danos residentis obvenerat, in Septentrionalium Missionum commodum, & Ecclesiarum Hamburgensis, Altennæ, Hainiensis & Wolfenbutelanæ reparacionem largiter erogasset, & pecunias, quæ superessent, in fundis fructiferis, ut inde Sacerdotes earumdem Ecclesiarum ali & sustentari possent, collocari

cari jussisset, hinc Papa die vigesima Sæc. XVIII.  
 nona Julii datis literis Cæsari præcla- A. C. 1713.  
 rum hoc pietatis documentum gratu-  
 latus est. Postquam vero eidem Pon-  
 tifici innotuit, quod Hannoveranus  
 Dux Sacerdotibus & Ludimagistris Ca-  
 tholicis in ejus ditione degentibus cer-  
 tam juramenti formulam in præjudi-  
 cium Catholicæ fidei præscripsisset,  
 ideo eundem Imperatorem, Saxo - Ci-  
 tensem, & Schrattenbachium Cardi-  
 nales, atque Electorem Palatinum enixe  
 die duodecima Augusti precabatur,  
 ut sua auctoritate ejusmodi mandatum  
 penitus abrogari efficiant: Principem  
 vero Egonem de Fürstenberg Saxonix  
 Administratorem die vigesima sexta  
 ejusdem Mensis admonuit, ut cujus-  
 dam Authoris audaciam compesceret,  
 qui Lipsiæ libellum componere, typis-  
 que vulgare præsumpsit, quo Catho-  
 licam religionem, ejusque Sectatores,  
 ipsumque Augustum Electorem ac Po-  
 lonix Regem acerbissimis calumniis,  
 & contumeliis proscidit. Restrinxit e-  
 tiam Pontifex asylorum usus, dum  
 die nona Septembris per Cameracen-  
 sem Archiepiscopum Superioribus in-  
 junxit, ne in locis immunibus exci-  
 piant aut retineant Milites desertionis  
 aut cujuscunque alterius criminis reos.  
 Insuper die decima sexta Septembris  
 Atha-

Sæc. XVIII. Athanasium Patriarcham Antiochenum  
 A. C. 1713. Ritus Græci commendabat, eoquod  
 in illis regionibus cultum Orthodoxæ  
 Religionis promovisset, admonuit quo-  
 que Martinum de Ratabon Episcopum  
 Vivariensem, ceterosque Franciæ Epi-  
 scopos recens nominatos, ne Regaliæ  
 consentiant, ab iisque omnibus absti-  
 neant, unde illius usus quodam-  
 modo admittus credi posset. Cum au-  
 tem Batavi arcibus Leodiensi & Hu-  
 yensi militum præsidia imposuissent,  
 Pontifex Philippum Hispaniarum Re-  
 gem die vigesima quinta Novembris  
 rogabat, ut sua ope has arcus Hollan-  
 dorum manibus eximi curaret, Cano-  
 nicos vero Leodienses de impenso hoc  
 officio certiores reddidit. Decevit e-  
 tiam Pontifex die decima Aprilis, quod  
 Confratres Sodalitatis B. V. de monte  
 Carmelo, si in una Dominica cujusque  
 Mensis præscriptas supplicationes per-  
 agere nequeant, Ecclesias hujus Con-  
 fraternitatis visitando, & alia præscri-  
 pta opera adimplendo statutis diebus,  
 consuetas indulgentias consequantur.  
 Die autem secunda Septembris confir-  
 mavit decretum S. Rituum Congrega-  
 tionis super cultu immemorabili S. Li-  
 berati de Lauro Franciscani & B. Gre-  
 gorii X. Pontificis.

S. c. XVIII.  
A. C. 1713.

§. XX.

*Plura S. Congregationum decreta & Constitutiones.*

Exstant quoque plurima SS. Congregationum decreta, atque inter ea Caspar Cardinalis de Carpegna Urbis & Orbis Vicarius Generalis die decima tertia Septembris saluberrima statuit, pro pio Doctrinæ Christianæ exercitio rite instituendo. Die autem vigesima nona Augusti S. Rituum Congregatio Officium S. Agathæ V. & M. sub ritu duplici & Pii V. Pontificis sub ritu semiduplici pro die quinta Maij ad universam Ecclesiam extendit. Eadem quoque Congregatio die nona Decembris declaravit, quod si Servus Dei, de quo agitur causa Beatificationis, vel Canonisationis apud sanctam Sedem, aut qui a summo Pontifice fuerit Beatificatus, vel Canonizatus, sit ex Observantia Ordinis Minorum S. Francisci, & mortuus sit Filius alicujus Provinciæ vel Custodiæ Observantis, tam in Actis causæ, quam in Picturis, Sculpturis, Laminis, Libris, Scripturis, Elogiis, & Foliis, ac locis quibuscunque, exprimat, quod est Ordinis Minorum de Observantia: si vero fuerit ex Reformatis Ultramon-

*Bull. magn. Clem. XI. pag. 257. Decis. SS. Congr. Rit. Episc. Concil. &c.*

tanæ

Sæc. XVII. tanæ Familiæ explicetur, quod est  
 A. C. 1713. Stricteris Observantiæ, vel Minorum  
 Observantium Reformatorum: Sin au-  
 tem fuerit ex Discalceatis Recolectis Cis-  
 montanæ Familiæ, dicatur Ordinis Mi-  
 norum Observantium discalceatus vel  
 Recollectorum, atque etiam addatur,  
 si dicatur stricteris Observantiæ: ita  
 ut nunquam particularis status, in quo  
 mortuus est sanctus, sive sit Observan-  
 tiæ, sive Reformatorum, sive Discal-  
 ceatorum, sive Recollectorum, taceat-  
 tur, aut status cum statu confundatur.

Item, quod si solemnitas Festi Bea-  
 tificationis, aut Canonizationis Servi  
 Dei ad totum Corpus Observantiæ per-  
 tinentis, & processio in ea fieri con-  
 sueta, prius fiat a Conventu illius mem-  
 bri, cujus Servus Dei, dum viveret,  
 portio fuerat, videlicet, Reformato-  
 rum, si mortuus est Reformatus, Obser-  
 vantium, si observans, Discalceatorum  
 aut Recollectorum, si Discalceatus vel  
 Recollectus in Cælum migravit: Et si  
 plures fuerint ejusdem membri conven-  
 tus, prius fiat a Principaliori, deinde  
 liberum sit cæteris etiam alterius mem-  
 bri, etiam eodem tempore cum aliis  
 conventibus (non tamen cum princi-  
 paliori prædicti membri, ad quod san-  
 ctus immediatius pertinet) eam ce-  
 lebrare solemnitatem: Ad processionem  
 autem



autem, quæ a principali prædicto Sæc. XVIII.  
 Conventu fiat, aliorum Conventuum A. C. 1713.  
 Communitatis concurrere teneantur,  
 & Prælati cum suis Familiis omnino  
 conveniant: si vero in loco non exti-  
 terit Conventus immediatioris Instituti,  
 illius novi sancti Solemnitas & Procef-  
 fio, cui omnes alii in loco vel civitate  
 coexistentes Conventus interesse te-  
 neantur, fiat primo in Conventu Or-  
 dinis Antiquiori, ex quocunque mem-  
 bro Observantiæ sit, dummodo in om-  
 nibus imaginibus, Libris, & Foliis ex-  
 primatur, cujus membri de Corpore  
 Observantiæ sanctus ille vel Beatus in  
 sua pretiosa morte filius fuerit.

§. XXI.

*Synodi Diœcesanæ Eychstettensis  
 decreta.*

Eodem hoc anno Joannes Antonius Conc. Germ.  
 de Knebel a Cattimeliboco Eych- tom. 10.  
 stettensis Episcopus die decima tertia pag. 379.  
 Aprilis Diœcesanam celebravit Syno-  
 dum, in qua Clericis suis profanis ve-  
 stibus uti, & capillos fictitios æstivo  
 tempore portare sub decem Imperia-  
 lium multa inhibuit, præcepitque,  
 ut pro hiemali specialis a Vicario li-  
 centia petatur, Vetuit etiam, ne alii  
 præter Doctores & licentiatos *Excellen-  
 tia*

æc. XVIII. *lenticæ* nomine honorentur, aut caputia  
 A. C. 1713. & holosericas manicas deferant. Monuit eos quoque, ut fugiant convivia, & solemnitates nuptiarum ac puerperiorum, choreas & saltationes, neque etiam nundinas frequentent, minus vero ocreati sacrificent, & in urbe palliis induti sine baculis incedant, nec peregrinationes novas instituant, sed antiquis inhæreant, & conciones suas scribant, ut eas ad petitionem exhibere valeant. Denique inhibuit, ne Neo-Mystæ in suis primitiis puellas pro sponsis constituent, nec etiam convivia usque ad seram noctem protrahant.

## §. XXII.

*Principum atque Illustrium obitus.*

*Kettel.*  
*pag. 604.*  
*Dec. VI.*

Inter Principes hoc anno denatos laudabatur Fridericus Borussiae Rex illustris famæ Princeps, qui sibimetipsum & familiæ suæ Regiam dignitatem illis Provinciis statibus, quæ Imperii Romani nomen non agnoscebant, attributam adjudicavit, reclamantibus Principum potissimis, qui tamen postea illum hoc titulo honorarunt. Obiit Berolini die decima quinta Februarii annos natus quinquaginta sex, Vienna etiam die prima Januarii decessit  
 Tran-

Transylvaniæ Princeps Michael II. Sæc. XVIII.  
 Abasi de Apanagii Falva nonnisi tri- A. C. 1713.  
 ginta quinque annos natus: Pariter  
 Florentiis morte præmatura decessit  
 Ferdinandus III. Princeps hæredita-  
 rius Ducatus Florentini, ob cuius  
 jacturam Pontifex Cosmum ejus Pa-  
 trem solabatur, die decima Novem-  
 bris datis ad eundem literis. Præter  
 hos in Galliis Dux Mazarinus anno æ-  
 tatis octogesimo secundo, Londini Epi-  
 scopus Kilmoriensis anno ætatis septua-  
 gesimo septimo, in Hispania Dux Me-  
 dina - Sidonia annos natus septuaginta  
 tres, Fridericus Guilielmus Dux Sue-  
 rinensis die vigesima quarta Julii, &  
 die decima octava Decembris Frideri-  
 cus Henricus Saxo - Citiensis Dux vi-  
 tam exuere.

§. XXIII.

*Scriptorum Catholicorum decessus  
 & opera.*

Ex Scriptoribus Catholicis, qui hoc Niceron.  
 anno calamum cum vita posuere, tom. 3. & 8.  
 paucos recensere lubet, atque inter  
 eos primus occurrit Petrus Le Nain  
 Abbatiae Trappensis Sub - Prior, qui  
 novem volumina Historiæ Cistercien-  
 sum, vitam Armandi Joannis Boute-  
 lieri Rancæi Abbatis Trappensis, Ho-  
Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Oo mi-

Sæc. XVIII. milias in plura capita Prophetæ Jeremiæ, tractatum de statu mundi post A. C. 1713. judicium ultimum, & de scandalo, quod etiam in regulatissimis monasteriis oriri potest, conscripsit. Attribuitur eidem quoque legenda Martyrum quinque priorum sæculorum, præter Necrologium Monachorum Trappensis. II. Franciscus Desmarais Gallicæ reddidit exercitium Perfectionis Christianæ, scripsitque Panegyri Ludovici XIV. Franciæ Regis, descriptionem monumenti in Regis gloriam erecti, & librum utrumque de divinatione: Edidit etiam Historica de diffidio inter Curias Romanam, & Gallicam propter Corsos. III. Claudius Chastellanus Canonicus Parisiensis, qui Martyrologium prolixis annotationibus illustravit, & Martyrologium Romanum cum additionibus Sanctorum Galliæ, aliorumque Gallicæ reddidit; elucubravit etiam Vocabularium hagiologicum, suamque operam contulit ad editionem Gallici Breviarii emendati.

## §. XXIV.

*Lucubrationes & mors quorundam  
Scriptorum A catholicorum.*

**H**is adjungimus ex Scriptoribus A catholicis nonnullos, ex quibus cõ-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1713.

lami intemperantia, & fanaticis in-  
genii deliriis potius quam eruditionis  
soliditate clarior erat Petrus Jurieus,  
qui stolidam imaginatione deceptus, Cal-  
vinistas in Franciæ Regnum revocan-  
dos esse, Catholicam vero Ecclesiam  
ævo suo & præcise aliquot annis ante  
ultimi sæculi finem extinguendam, ac  
denique Regnum Christi anno hujus  
sæculi decimo quinto inchoandum præ-  
fidenter præfagire præsumpserat: il-  
lum in tam absurda corruptæ Phanta-  
siæ deliria prolapsus esse, haud mira-  
mur, oppido tamen mirum est, quod  
ex suis non pauci, qui ceteris pruden-  
tiores videri amant, hujus vaticini-  
i spe delusi, effigiem fanatici, falsique  
hujus Prophetæ numismati cum *Pro-*  
*phetæ* elogio impressam publicare, suam-  
que superstitionem Orbi publicam red-  
dere non erubuerint. Edidit vero Sy-  
nopsin Historiæ Concilii Tridentini, con-  
tinationem præservativi contra Re-  
ligionis mutationem, Justificationem  
Doctrinæ Calvinianæ contra Arnaldum,  
Legitima præjudicia contra Papismum,  
complementum Prophetiarum, ejus-  
que apologiam: Verum Systema Ec-  
clesiæ, judicium de rigida & relaxata  
explicandi methodo, de providentia  
& gratia, de pace inter Protestantes  
ineunda consultationem, tractatum de

Sæc. XVIII. natura & gratia, & de veritate Ecclesiae. Ideam Socinianismi. Examen Libelli, *Monita ad exules Calvinistas*, apologiam ad Pastores Batavos, religionem latitudinariam, Historiam cultus & dogmatum apud Judæos, Spiritum Arnaldi, & plura alia. II. Guilielmus Cave, elucubravit Antiquitates Apostolicas, Historiam primorum Patrum, primitivam Christianitatem, Historiam Literariam Scriptorum Ecclesiasticorum. & Chartophylacem Ecclesiasticam. III. Zacharias Grapius publici juris fecit Theologiam recens controversiam, Historiam literariam Alcorani, Ahmet Ben Abdallæ epistolam de articulis quibusdam fidei, oratorem Ecclesiasticum & alia nonnulla. IV. Joannes Samuel Adami prælo subjecit delicias Evangelico - Emblematicas, Delicias Biblicas, Evangelicas & Passionales Epistolicas, & alia exegetica.

## §. XXV.

*Gallicani Conventus acta pro acceptanda Pontificis Constitutione.*

*Proces Verbal de l'Assemblée des Card. Arch. &c.* Interim Rohanius Cardinalis Deputatorum Præses exposuit, quod Noalius Cardinalis omnino postularet. Ut adhibitis explicationibus veritates, quas Constitutio Pontificia impugnare videtur

videtur, vindicarentur. II. Ut hæc ex-  
 plicationes publici juris fierent. III. Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.  
 Ut verbis modestis in acceptationis di-  
 plomate indicaretur, Papæ Constitu-  
 tionem non aliter quam cum præfatis  
 explicationibus recipi: His addidit Ro-  
 hanius, quod Noallius consenserit, ut  
 hucusque gestorum relatio, ne promi-  
 scuæ aliorum censuræ exponatur, publica  
 non redderetur, sed duntaxat hujus re-  
 lationis summarium in ipso confesso  
 proferretur: Eam ob rem se non modo  
 hoc summarium, sed etiam accepta-  
 tionis typum, ac demum instructionem  
 Pastoralem concepturum promiserat Ro-  
 hanius, qui etiam paucis post diebus  
 acceptationis formulam a se confectam  
 exhibuit, quam tamen alii summis e-  
 logiis celebrarunt, alii tanquam Eccle-  
 siastico confesso indignam rejecere:  
 idem quoque fatum subiere explicatio-  
 nes a Meldensi Episcopo conceptæ,  
 adeo, ut ipsemet hic Præsul postmo-  
 dum palam declararet, ejusmodi ex-  
 plicationes esse prorsus inutiles, Con-  
 stitutionem vero *pure & simpliciter* esse  
 acceptandam: Displicuit Deputatis  
 hæc Episcopi declaratio, eoquod ipsi  
 in concinnandis hisce explicationibus  
 integrum bimestre inutili labore in-  
 sumpsissent, quocirca inter eos Bezo-  
 nius Burdegalensis Archiepiscopus con-

Sæc. XVIII. tra Meldensem proposuit, omnino clari-  
 A. C. 1714 rius exponendas esse veritates, quas  
 amplecti, & errores, quos detestari  
 oporteret: hac ratione obviari posse  
 sinistris interpretationibus ad schisma  
 & hæresin collimantibus, vanisque ob-  
 tentibus, quibus mendacium suam me-  
 litiam obtegere satagit: detectum in  
 Novatorum subtilitates & altercations,  
 quibus suis erroribus pondus  
 addere solent: ambigua igitur Bullæ  
 verba explicare, & fideles contra  
 falsas interpretationes jamjam a mi-  
 levolis attentatas præmunire, om-  
 nino necesse esse: His expositis mox  
 relationis, quam Rohanius sequeretur,  
 typum protulit, eumque loco instructionis  
 Pastoralis Constitutioni præfigendum  
 censuit: In hoc autem typo succincte ad-  
 præcipuas, quas adversarii contra Con-  
 stitutionem movissent, difficultates re-  
 spondit, ac cujuslibet Diæcesis fide-  
 bus hoc responsum proponi, eosque ad-  
 moneri voluit, quod ibidem errores, qui  
 proscripti essent, non modo cognoscere,  
 sed etiam animadvertere possent, dogma-  
 tum integritatem, Christianæ doctrinæ  
 puritatem, sacrata Episcopalis Ordinis  
 jura, Scholarum Catholicarum liber-  
 tatem, & præcipue subditorum fide-  
 tatem erga Regem in tuto collocatam  
 esse: Hac agendi ratione Archiepiscopus  
 sum-



summi Pontificis auctoritati consultum Sæc. XVIII.  
 iri censebat, quin ejus decisio vel re- A. C. 1714.  
 stringi, vel a Gallicanis Præsulibus ex-  
 plicari videretur: Placuit hoc consilium  
 Rohanio & Meldensi Episcopo, Nor-  
 mandus autem Ebroicensis Episcopus  
 Regi suggererebat, nil tutius esse, quam  
 ut acceptatio fieret, quin ejusmodi  
 præfatio præfigeretur, timendum e-  
 nim, ne malevoli ex hac ipsa præfa-  
 tione cavillandi ansam sumerent: Pro-  
 babatur hoc consilium Regi, ceteris-  
 que Præsulibus, solus Noaillius cen-  
 suit, ante acceptationis literas præmit-  
 tendam esse præfationem, in qua Bul-  
 lam esse ambiguum indicaretur & ali-  
 qua explicationis species adderetur:  
 Hac super re Rohanius cum Francisco  
 Claramontio Lingoniensi Episcopo con-  
 ferre a Rege jussus, Instructionem Pa-  
 storalem, in qua sensus propositionum  
 damnati explicabantur, confecit, &  
 Noaillio acceptationis typum tradidit.  
 Altera die coram deputatis Instru-  
 ctio non modo ea, quam Rohanius sed  
 & illa, quam Meldensis Episcopus fe-  
 cerat, recitabatur, ex quibus prima  
 Congregatis probabatur, altera vero mi-  
 nus arridebat, in eadem vero Sessione  
 Præses declarabat, Regem velle, ut  
 Episcopi die octava Januarii conven-  
 tum haberent, in eoque Constitutio-  
 nem

Sæc. XVIII. nem pure & simpliciter acceptarent,  
 A. C. 1714. nec de explicationibus, nec de sum-  
 mario mentionem facerent. Ad hoc Re-  
 gis mandatum Præsules quidam velut  
 fulmine tacti, nunc temporis angustias,  
 nunc alia obtendentes, Rothomagen-  
 sem Archiepiscopum sollicitabant, ut  
 is apud Regem, Mentenoniam, & Voi-  
 sinium terminum prorogari obtineret,  
 & explicationum necessitatem urgeret.  
 Verum Rohanius exhibuit Pontificis  
 literas, in quibus hic Bentivoglio Nun-  
 tio suo hæc rescripsit: „Minime sufficit,  
 „quod Franciæ Præsules in sua ac-  
 „ceptatione sese Judices non esse afferant,  
 „sed requiritur, ut nequidem Judicum  
 „officio fungantur; longior enim Galliæ  
 „conventus mora jam pro examine hæ-  
 „betur, necesse igitur est, ut Episcopi  
 „Constitutionem pure & simpliciter ac-  
 „ceptent, si vero suæ eruditionis spe-  
 „cimen dare gestiunt, Constitutionis  
 „commentarium postea edere poterunt;  
 „cum enim Conciliorum Canones, imo &  
 „Sacræ literæ passim explanentur, nec  
 „absurdum videbitur, si Franciæ Epi-  
 „scopi hanc Constitutionem interpretati  
 „fuerint. Tuum autem erit, non at-  
 „tendere ad ea, quæ in Galliis spar-  
 „gantur, scilicet, in quibusdam pro-  
 „positionibus ipsa D. Augustini verba  
 „contineri; nam etiam Lutherus &  
 „Cal-

„Calvinus semper in ore habuere D. Au-  
 „gustinum, idem etiam loquuntur Jan-  
 „senistæ, nihilominus tamen a S. Sede  
 „damnati fuere, quin propterea D. Au-  
 „gustini doctrina damnaretur. Rex  
 „vero Constitutionem pure & simplici-  
 „ter acceptatum iri, pollicitus est: ut  
 „ergo Rex suis stet promissis, urgeas  
 „velim, nec moleste ferat Rex hanc  
 „submissionem ab Episcopis, qui Regis  
 „subditi sunt, & quibus præest Ponti-  
 „fex, exigere, cum nil aliud ab infe-  
 „riore exigit, quam quod hic suo Su-  
 „periori præstare tenetur. Verum  
 Noaillius ex facultate Constitutionem  
 interpretandi a Papa concessa argue-  
 bat, eundem consensisse, ut ejus Bulla  
 explicaretur, proin a Commissariis seu  
 Deputatis petebat, ut relationis, cum  
 illam præmittere prohibitum sit, epi-  
 tome fieret: factum est quoque ejus-  
 modi summarium, cum autem illud  
 ex ejus sententia non esset, denuo pe-  
 tiit, ut in hoc summario non modo  
 hæreticus, sed etiam Catholicus cujus-  
 libet propositionis sensus exprimeretur.  
 Hæc Noaillius eo proposuit consilio,  
 ut insinuaretur, quod quælibet propo-  
 sitio damnata, sicut in sensu hæretico  
 sumi posset, ita etiam & magis Ca-  
 tholicum sensum, prout jacet, conti-  
 neat. Ast Deputati huic Noaillii peti-  
 tioni

Sæc. XVIII.

A. C. 1714.

Sæc. XVIII. tioni deferre renuebant, veriti, ne  
 A. C. 1714. Quesnellistis justam ansam præberent,  
 opponendi, quod Papa propositiones  
 tam boni quam mali sensus capaces  
 damnare non potuerit, quin veritatem  
 cum errore confunderet, ejus ergo  
 Bulla, utpote ambigua, explicatione  
 indigeret.

## §. XXVI.

*Papæ Constitutio a quadraginta  
 Franciæ Præsulibus acceptata.*

*Lafiteau  
 Hist. de la  
 Const. Liv. I.  
 pag. 168.  
 Dorfan.  
 Journal.  
 t. I. p. 96.*

Ad Noailii Cardinalis preces Rex  
 Sessionem, in qua Constitutio re-  
 ciperetur, ad decimam quintam Januarii  
 differri consensit: interim Rohanius  
 Cardinalis instructionem Pastoralem  
 Noailio & Deputatis die octava Ja-  
 nuarii exhibuit, ex his quidam illam  
 tot vitiis, totque injuriis contra Ques-  
 nellum ejusque librum scatere totque  
 immodicis encomiis erga Papam tur-  
 gidam esse arbitrati sunt, ut eam ce-  
 teris Episcopis minime esse tradendam  
 edicerent: die decima tertia ejusdem  
 Mensis Rohanius Cardinalis accepta-  
 tionis typum, instructionem Pastoralem  
 seu epistolam encyclicam, quæ ad om-  
 nes Regni Episcopos pro uniformi Con-  
 stitutionis admissione transmitteretur,  
 rursus prælegendam tradidit, petiitque  
 ut

ut suam desuper quisque sententiam declararet: Displicuit ea soli Noaillio, nonnulli quidem varia emendari posse, tempori tamen cedendum pronuntiabant, potissimi tamen, ne Papam offenderent, infestum Judicum nomen omitteri petebant, de cetero ad humilem mutamque submissionem cunctos teneri profitebantur: Eadem adhuc die octo Præsules ad Noaillii Palatium convenere, declarantes, quod proximæ Sessioni interesse nollent, sed suam sententiam literis ad Regem dandis declaraturi essent: Enimvero die decima quarta Januarii præfatas literas suo chirographo munitas Regi per Voisinium tradidere: Attamen Rex eis significari jusserat, ut proximæ Sessioni assisterent, eoquod Rex cuilibet Episcopo suam ibidem sententiam proferendi libertatem omnino integram relinqueret. Hoc Regis mandato per Noaillum ceteris octo Præsulibus significato, unaomnes decrevere, se quidem Sessioni interfuturos, sed tamen Deputatorum relatione & sententiis perceptis, quid deinceps agendum, deliberaturos: Ceterum de horum oppositione postea mentio recurret.

Illuxerat igitur decima quinta Januarii dies solemni sessioni præfixa, in qua Noaillius juramento ab Episcopis  
antea

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

Sæc. XVIII  
A. C. 1714. antea absentibus exacto, Commissarios, quibus congruum Constitutionis admittendæ modum excogitandi negotium erat demandatum, suam relationem proponere paratos esse aiebat: his dictis Rohanius Cardinalis ceterorum nomine, quid desuper actum fuerit, retulit, hancque relationem usque ad diem vigesimam octavam ejusdem Mensis profecutus est. Ea absoluta, & ab omnibus comprobata Noaillius Pontificis Constitutionem prælegi jussit, ac cujuslibet desuper sententiam rogavit: quapropter Rohanius Commissariorum nomine, censemus, inquiebat, ut a toto confesso declararetur. I. Quod in hac Constitutione non sine maximo gaudio Ecclesiæ doctrinam agnoscant. II. Eam debita submissione & reverentia acceptent. III. Quesnelli reflexiones, necnon centum & unam propositiones inde extractas eo modo, quo a Pontifice censuris perstrictæ fuerunt, condemnent. IV. Quod construatur typus Instructionis Pastoralis, quam omnes Episcopi in hoc confesso congregati unacum Pontificis Constitutione Gallice reddita in suis Diæcesibus promulgent, ut, cum omnes in Cathedra Divi Petri, id est unitatis centro coadunati essent per doctrinæ eorundemque verborum uniformitatem, non modo damnati errores

res eradicari, sed etiam novæ alter-  
 cationes præveniri, fideles contra per-  
 versas malevolorum interpretationes  
 præmuniri possint. V. Ad omnes Re-  
 gni Archiepiscopos & Episcopos absen-  
 tes Constitutio unacum hujus confessus  
 actis & Instructione Pastoralis transmi-  
 tatur, cunctique admoneantur, ut sese  
 illis conformare, suarumque Diæcesium  
 fidelibus proscriptum librum vel alia  
 in ejus defensionem scripta legere, ven-  
 dere &c. inhibeant, & Constitutionem  
 ad Episcopale Archivum reponant. VI.  
 Ad Papam literæ dentur, in qui-  
 bus eidem grates rependantur pro dam-  
 natione libri, eo magis perniciosi, quo  
 magis temerario ausu ad firmandos er-  
 rores ibi contentos S. Paginæ & Pa-  
 trum verba adhibentur. VII. Pariter  
 Regi pro patrocinio Ecclesiæ impenso  
 grates agantur, simulque is rogetur, ut  
 hanc Constitutionem ad acta referri,  
 in universo Regno promulgari, atque  
 etiam exemptos comprehendi, damna-  
 tumque librum, cunctaque in ejus de-  
 fensionem scripta supprimi, Regiis li-  
 teris juberet. His articulis a toto con-  
 fessu approbatis, die prima Februarii  
 Noaillius Instructionem Pastoralem,  
 cujus summam mox referemus, præ-  
 legi jussit.

Sæc. XVIII.

A. C. 1714.

§. XXVII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

## §. XXVII.

*Cleri Gallicani Parisiis congregati  
epistola ad Clementem XI.  
Papam.*

*Act. publ.*  
*Const. p. 99.* Facta Constitutionis acceptatione Cardinales atque Archiepiscopi & Episcopi Parisiis congregati summo Pontifici, se ejus Bullam unanimi pene suffragio acceptasse testabantur, data nominis Februarii ad eundem epistola sequenti.

*Beatissime Pater!*

„Quod olim uni Antecessorum tuorum Pontifici excellentissimo scribebat quidam ex Antecessoribus nostris, doctrina & pietate conspicuus (\*) polliceri se suarum de totius Galliae devotione super statu fidei captare Sedis Apostolicæ sententiam; idem nos ultro hodie Sanctitati vestræ pollicemur, ac renovamus obsequium. Hoc nos officio defungi, & præsens conditio temporum postulat, & inprimis edita a te nuper tanto studio ac labore solemnissimè ac præclara Constitutio adversus librum

(\*) Avitus Vien. Episcop. Epist. LXXXVII. ad Hormisdam Papam. Tom. I. Conc. Gall. Tom. I. pag. 190.



„brum considerationum moralium in Sæc. XVIII.  
 „novum Testamentum &c. Ea ubi pri- A. C. 1714.  
 „mum Regi oblata fuit, ut est ipsius  
 „in Catholicæ fidei defensionem sem-  
 „per intentus & erectus animus, Regiis  
 „literis iussit, ut quotquot erant, Pa-  
 „risiis Episcopi, cum aliis, qui illuc  
 „deinceps essent accessuri, convenirent,  
 „ut collatis inter se consiliis, ea qua  
 „par est reverentia de eadem Consti-  
 „tutione acceptanda sollicitius agerent,  
 „atque hæc comitia illico, prout rei  
 „gravitas postulabat, frequentiori Præ-  
 „sulum conventu, hac in urbe habita-  
 „sunt. In iis nos Majorum nostrorum  
 „exempla secuti, atque eodem, quo  
 „illi in Apostolicam Sedem studio fla-  
 „grantes, Sanctitatis vestræ postre-  
 „mam Constitutionem consimili obse-  
 „quio ac veneratione amplexi sumus.  
 „Neque vero deinceps officio nostro  
 „deerimus, ut ab omnibus, quos Di-  
 „vina Providentia curæ nostræ com-  
 „misit, pari animo ac fide excipiatur.  
 „Illud autem, ut certius asseque-  
 „remur, in iisdem nostris comitiis de-  
 „crevimus, edere Pastoralis documenti  
 „communem quamdam formulam; hæc  
 „enim ratio & utilior & expeditior no-  
 „bis visa est, ut non modo evellantur,  
 „& profligentur errores iusta censura  
 „non ita pridem notati, sed ut etiam  
 „de

Sæc XVIII

A. C. 1714.

„de iisdem propositionibus, quæ illos  
 „continent, disputandi, ac litigandi  
 „rixarum, ac novitatum avidis animis  
 „omnis tollatur occasio.

„Erit igitur Pastoralis isthæc instru-  
 „ctio velut præsidii ac munimenti loco  
 „a nobis posita adversus alienas a vero  
 „sensu Pontificiæ Constitutionis inter-  
 „pretationes, quibus magnos & ube-  
 „res, quos omnis Ecclesia certo sperat,  
 „imo jam percipit ex Apostolico de-  
 „creto fructus, interturbare vel pessum-  
 „dare iniqui homines irrito conatu mo-  
 „lirentur.

„Nobis quoque cura ac studium fuit  
 „generalibus literis adhortari reliquos  
 „hujus Regni Archiepiscopos, ut Pa-  
 „storale a nobis editum documentum  
 „velint adsciscere, illudque in sua quis-  
 „que Diœcesi jure suo promulgare.

„Omnino enim æquum, imo & ne-  
 „cessarium videtur, ut qui eadem plane  
 „sentiunt, & in veram eandemque Ro-  
 „manæ Ecclesiæ fidem indivulso inter  
 „se vinculo concordēs cohærescunt, ea-  
 „dem ipsi palam & loquantur & dicant.

„Certe, Beatissime Pater, doctri-  
 „nam Novatorum hujus temporis, San-  
 „ctitas vestra apertissime robustissime-  
 „que profligavit, tanta in eorum de-  
 „tegendis erroribus adhibita diligentia,  
 „quantam illi in occultandis aut clari-  
 „culum

„culum disseminandis astutiam impen-  
 „derant: abusi iidem insuper Divina-  
 „rum Scripturarum, Sanctorumque  
 „Patrum sententiis, venenum ibi pro-  
 „pinarunt, ubi Christianæ plebis sim-  
 „plicitas sperabat se sincero Divini  
 „Verbi pabulo esse reficiendam.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

„Quid superest, Beatissime Pater,  
 „nisi ut Domino & Deo nostro non de-  
 „sinamus gratias agere & pariter sup-  
 „plicare, gratulantes, quod tantæ san-  
 „ctitatis, tantæ fidei, tantæque do-  
 „ctrinæ, Apostolicæ Sedi, unde Re-  
 „ligionis nostræ, propitio Christo, *fons*  
 „*& origo manavit, Antislitem* Clementem  
 „*dederit*, petentes etiam, ut datum,  
 „concessumque munus Pontificii vestri  
 „longissima ad ædificationem Ecclesia-  
 „rum suarum ætate custodiat. Nos  
 „autem, etsi impares meritis, pari ta-  
 „men fide . . . parati sumus, con-  
 „fortante Domino, cum Beatitudine  
 „vestra pro veritate fidei animas *no-*  
 „*stras ponere* (\*). Ita nos de fide Ca-  
 „tholica, & de studio erga sanctam Se-  
 „dem, cum Majoribus nostris sentire  
 „palam ac publice profitemur. „

§. XXVIII.

(\*) Epist. Synod. Episc. Gall. ad Leonem P.  
 Tom. I. Conc. Gall. pag. 94.

*Hist. Eccles. Tom. LXVIII.*

Pp

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

§. XXVIII.

*Epistola Clementis XI. Pontificis ad  
Clerum Gallicanum.*

Has literas, quibus omnes Præsules, exceptis Noaillo aliisque octo Episcopis, omnes numero quadraginta subscripti legebantur, Cardinalis Romanus Romam ad summum Pontificem transmisit, a quo etiam die septima Martii sequenti responso honoratus est:

„Ex literis vestris nonis Februarii  
„mox elapsi ad nos datis libenter accepimus omni vos erga sanctam hanc  
„Sedem obsequio, ac veneratione, Majorum vestrorum vestigiis inhærentes,  
„editam nuper a nobis Apostolicam constitutionem suscepisse, summoque  
„etiam gaudio amplexos fuisse, nec minori studio, ac diligentia, pro munus  
„neris vestri debito curaturos, ut ab omnibus regimini vestro commissis  
„pari animo, ac fide inviolate servetur. Etiam proinde constantem vigilantiam,  
„quam pro eradicandis ex agro Dominico damnatis erroribus tam alacriter  
„spondetis: illum itidem indefessum Zelum, quo pro sanctæ Doctrinæ veritate  
„custodienda eximie flagratis: illam denique fidem, qua sacrosanctæ  
„Romanæ Ecclesiæ indivulso inter vos  
„vin

„vinculo cohæretis, plurimum com-  
 „mendantes, quod sicut caussa posce-  
 „bat, fiduciam nostram, quam de vo-  
 „bis habemus in Domino, fideliter,  
 „atque obedienter auxistis, multa exul-  
 „tatione gaudemus. Dissimulare qui-  
 „dem non possumus, molestum nobis  
 „initio accidisse, quod rationabilis ob-  
 „sequii vestri erga prædictam constitu-  
 „tionem præclarum testimonium lon-  
 „gus plane, quam par erat, protra-  
 „xeritis: cum præsertim crescentia ist-  
 „hic in dies perniciosarum novitatum  
 „germina celeriore Apostolici nostri  
 „iudicii executionem postulare vide-  
 „rentur. Verum omnem prorsus mo-  
 „lestiam deposuimus, ubi rescivimus  
 „cunctationem vestram, quemadmo-  
 „dum vos palam, ac sæpius professi  
 „fuitis, non quidem animo subjiciendi  
 „examini, aut iudicio vestro decreta  
 „nostra, sed studio duntaxat conci-  
 „liandæ Ecclesiæ pacis, & lucrandi,  
 „si fieri posset, nonnullos ex Fratibus  
 „vestris in spiritu mansuetudinis & di-  
 „ligentia caritatis, esse tribuendam.  
 „Atque utinam re ipsa id assequi licuis-  
 „set; non enim nos, non Gallia, non  
 „Ecclesia ingemisceret paucos ex vobis  
 „a reliquo cætu divulsos debitæ nobis  
 „obedientiæ, sub inani prætextu quæ-  
 „rendi novas declarationes, intermi-  
 „natis

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

**Sæc. XVIII.** „natis intendendo quæstionibus, moras  
**A. C. 1714.** „interponere, quod utique sine maxi-  
 „mo paterni cordis nostri dolore referre  
 „non possumus. Quam tamen vos ea  
 „in re adhibendam putatis, utpote Fra-  
 „ternitatis amatores, sedulitatem, pa-  
 „tientiam, & longanimitatem ultro  
 „laudamus, nec sane diffidimus id,  
 „quod tam enixe optatis, vos tandem  
 „affecuturos esse, illosque, qui con-  
 „tradixerunt, ad cor redituros, con-  
 „stanti præsertim carissimi in Christo  
 „Filiî nostri Regis Christianissimi reli-  
 „gione, ac Zelo opitulante, pro tuen-  
 „da vestris in regionibus illibatæ fidei  
 „unitate, quæ sub una beati Petri ca-  
 „thedra firmiter coalescit, quamque  
 „nos modis omnibus & integram ser-  
 „vare parati sumus, & vel in minimo  
 „labefactari, pro commissa nobis divi-  
 „nitate, pati omnino non possumus. Flo-  
 „reat ergo, novisque in dies feliciter  
 „proficiat incrementis per amplissimum  
 „Galliæ Regnum, quam tanto studio,  
 „ac labore detectis, & apertissime pro-  
 „fligatis erroribus, aspirante Domi-  
 „no, elucidatam universis nuper Christi  
 „fidelibus annuntiavimus, sanctæ Ro-  
 „manæ Ecclesiæ fides: vobisque pro  
 „omnimoda, exactaque prorsus Apo-  
 „stolicæ nostræ Constitutionis execu-  
 „tione

„tione, nobiscum strenue adlaboranti- Sæc. XVIII.  
 „bus, humilis Christi grex pascua sa- A. C. 1714.  
 „lutis expectans, doctrinis variis, &  
 „peregrinis amplius non dispergatur,  
 „sed in caulam Domini congregatus,  
 „e cathedra unitatis doctrinam fuscipi-  
 „piat veritatis. Interea nos, dum te-  
 „stata nobis devotionis vestræ consilia  
 „libenter amplectimur, & saniora a dissi-  
 „dentibus fratribus præstolamur, Deum  
 „patientiæ, & solatii jugiter orare non  
 „desistemus, ut det vobis idipsum sa-  
 „pere, in alterutrum secundum Jesum  
 „Christum, ut unanimes uno ore ho-  
 „norificetis Deum, cujus nomine vobis  
 „omnibus Apostolicam benedictionem  
 „peramanter impertimur. „

§. XXIX.

*Præfulum Parisiis congregatorum e-  
 pistola encyclica ad omnes absen-  
 tes Regni Archiepiscopos  
 & Episcopos.*

Postea Cardinales, Archiepiscopi at-  
 que Episcopi Parisiis congregati die  
 quinta Februarii præfatam instructio-  
 nem Pastoralem unacum Constitutione  
 Pontificia ad ceteros omnes totius Re-  
 gni Præsules transmisere, adjecta e-  
 pistola, in qua jam a decima sexta  
 Octobris jussu Regis fuisse Parisiis eo

Sæc. XVIII. fine congregatos significabant, ut de  
 A. C. 1714. modo hanc Pontificiam Constitutionem  
 uniformiter acceptandi inter se delibe-  
 rarent: Tum aiebant, librum, ex quo  
 centum & una propositiones fuissent  
 extractæ, ejus esse conditionis, ut nul-  
 lus alius unquam liber majori applausu  
 exceptus, nec severiore unquam cen-  
 sura dignus, tantoque artificio compo-  
 situs, ut quivis, si illum obiter per-  
 volvit, facillime decipi possit, eum  
 vero detestabilem agnoscat, quamprimum  
 illum attente examinaverit: in  
 eo, scribebant Præsules, reperiuntur  
 non modo errores toties damnati, sed  
 etiam Jansenii & Baij proscriptæ pro-  
 positiones continentur: Deplorabant  
 etiam, Ecclesiam non jam vanis ar-  
 gutiis, sed aperta fronte impugnari,  
 & ejus anathemata contemni: ad hæc  
 mala evertenda nil magis necessarium  
 esse aiebant, quam unionem Pastorum  
 cum supremo suo capite, dum vel Epi-  
 scopi primo suo judicio pronuntiant,  
 illudque postea Pontifex confirmat, vel  
 dum Pontifex prior decedit, & suam  
 decisionem ad Episcopos transmittit,  
 ab eis exequendam, acceptandamque:  
 posteriorem hanc viam vestigiis suo-  
 rum Prædecessorum, qui taliter ad Jan-  
 senianarum propositionum damnatio-  
 nem devenerunt, inhærentes in præ-  
 senti



fenti rerum statu magis opportunam se arripuisse, inquiebant, præcipue cum Præfulum non pauci per plurimos annos iudicium sacræ Sedis præstolati essent, nunc vero Eandem sua Constitutione detexisse hujus libri venenum & errores, post diuturnum autem, maturumque tot mensium examen se idem cum Pontifice iudicium pronuntiasse, hancque Constitutionem, in qua Ecclesiæ doctrina continetur, cum debita submissione acceptasse, librum & propositiones eodem modo, quo Pontifex, damnasse, nilque reliquum esse, quam ut sincera ejusdem iudicii executio in cunctis Diæcesibus urgeretur: hanc in rem se uniformem Instructionem edidisse Pastoralem, qua fideles facilius hujus Bullæ sensum assequi, ac sese contra malignas interpretationes, quarum non paucæ ad obscurandum verum illius sensum jam dudum sparsis libellis comparuissent, præmunire possent: Denique cunctos rogabant Episcopos, ut juxta hanc Instructionem & Prædecessorum morem Pontificiam Constitutionem promulgarent, illiusque executionem urgerent. Hanc epistolam præter duos Cleri Agentes rursus quadraginta Præsules suo sigillo ac chirographo firmabant.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

## §. XXX.

*Instructio Pastoralis Episcopis absentibus a Parisino Cleri confesso proposita.*

Ut vero cunctis notum fieret, quo in sensu propositiones ex Quesnelli reflexionibus extractæ fuissent damnatæ, congregati Præsules pro uniformi Constitutionis acceptatione Instructionem Pastoralem tanquam firmam Regulam ad absentes Episcopos transmiserunt: Illius autem summa hæc erat: Præmissis igitur retulerunt, quod Pontifex librum, ac propositiones ex eo extractas per Constitutionem a potissimis Franciæ Præsulibus acceptatam nuperime damnarit, eam vero & ipsi cum veneratione S. Sedi debita reciperent; cum autem plures verum sensum falsis interpretationibus depravari conati sint, hinc ad conservandam doctrinæ integritatem eis declarent perniciofa principia in hoc libro contenta, ac primo quidem, quod Quesnellus dicat, voluntatem a gratia ita necessitari, ut libertas ad merendum & demerendum necessaria haud ultra subsistat, sed gratiam Christi esse operationem manus omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardari, proin hominem non posse talli

Prop. X.  
XIV.

tali gratiæ non consentire, contra Tri-  
 dentini definitionem: *non posse dissen-*  
*tire, si velit, anathema sit, & S. Au-*  
*gustinum, qui dicit: Merces est, in mer-*  
*cede tu nihil agis, in opere non solus agis,*  
*tibi corona ab ipso est, opus autem abs te,*  
*sed non nisi DEO JUVANTE, & S. Prospe-*  
*rum, qui hæc habet: Accipit donum,*  
*quo dono aquirat & meritum, & quod in*  
*illo inchoatum est per gratiam Christi, e-*  
*tiam augeatur per industriam liberi arbitrii,*  
*nunquam remoto Dei adjutorio. Sicut*  
*ergo de fide est, quod gratiæ interiori*  
*resisti possit, ita & de fide sit, quod ei*  
*quandoque resistatur, & oppositum ab*  
*Innocentio X. & Alexandro VII. dam-*  
*natum (\*) unde Author l. de voc. Gent.*  
*ait: Deus ipsum velle sic donat, ut etiam*  
*a perseveraturis ipsam mutabilitatem, quæ*  
*potest nolle, non auferat . . . . alioquin*  
*nemo fidelium recessisset a fide, neminem*  
*concupiscentia vinceret &c. Huic autem*  
*doctrinæ opponantur Quesnelli Propo-*  
*sitiones III. XII. XIII. XIV. usque ad*  
*vigesimam quartam, & doctrinæ Tho-*  
*mistarum, qui admittunt gratiam,*  
*scilicet sufficientem, cui resistitur, &*  
*aliam, cui resisti potest, licet ei nun-*  
 Pp 5                      \* quam

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

Serm. 353.  
 c. 2.

Ad cap. Gall.  
 Resp. IV.

Lib. XI.  
 Cap. 28.

(\*) Ambo Pontifices damnaverunt hanc Jan-  
 senti propositionem: *Gratiæ interiori in statu*  
*naturæ lapsæ nunquam resistitur.*

Sæc. XVIII. quam resistatur, scilicet efficacem, vi-  
 A. C. 1714

Prop. IX.

XXII.

XXIII.

XXIV. &

XXV.

Trid. Sess. 6.

Can. 4.

Prop. II.

IX.

Sess. VI.

Can. 2. &

Can. 18.

ctricem seu fortem. Quod autem Quesnellus loquatur de tam efficaci gratia, cui nunquam resisti potest, ostendunt ejus exempla, quibus gratiæ operationem in voluntatem explicat. Hic autem error est Lutheri a Tridentino damnatus, quem Quesnellus innovavit, dicendo: quod absque Christi gratia efficaci omnis boni principio non modo nihil fiat, sed nec fieri possit, sine qua confiteri Christum nunquam possumus, & cum quo nunquam illum abnegamus, inde vero inferretur cum Jansenio: aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus esse impossibilia, illisque gratiam desse, qua possibilia fiant, cum tamen Tridentinum doceat: Deum sua gratia semel justificatos non deserere, nisi prius ab eis deseratur; Quesnellus autem dicat, hominem non posse præceptum adimplere, quia ei deest auxilium, sine quo non potest.

Postea ostendunt hi Præsules, I. quod Quesnellus in Propositione XII. XXX. XXXI. XXXIII. quintam Jansenii propositionem, & in Propositionibus LXXXVIII. usque ad quadragessimam tertiam innovavit vigesimam septimam Baij propositionem damnatam, docueritque hominem nonnisi ad malum esse liberum, & necessario deter-

minatum ad malum. II. Quod in Propositione LXIX. bonorum operum merita impugnet, cum tamen Ecclesia quidem doceat, quod fides in suo principio sit donum meræ liberalitatis Divinæ, non autem, quod usus, augmentum & præmium fidei ita sint donum Dei, ut non simul sint merita hominis iusti, ut docet Tridentinum, & *Auctor l. de Voc. gent. asserens: Quamvis omnia bona sint dona Dei, a Deo tamen quedam non statim tribuuntur, ut per ipsa, quæ accepta sunt, ea quæ nondum sunt donata, quærantur.*

*Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.*

*Sess. VI.  
cap. 32.  
Lib. II.  
cap. 28.*

Declarant insuper, quod Propositiones XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXVII. recta opponantur doctrinæ D. Augustini, qui Adami innocentis gratiam non vocat gratiam ei proportionatam, in propria persona receptam, creationis sequelam, naturæ sanæ debitam, & non nisi merita humana producentem, sed quod primus homo eguerit adjutorio gratiæ, imo vero habuerit maximam. *Questi nelli autem doctrina jam sit in Bajo damnata.*

*L. de Cont.  
Et gent.  
Can. XI.*

Circa virtutes Theologicas Questellus gratias, quæ præparant ad fidem, vel eam in corde præparant a gratiis, quæ Infidelibus, antequam eis Evangelium annuntietur, dantur vel dari possunt, non distinguit, sed ait, *nullas*

Sæc. XVIII. nullas dari gratias nisi per fidem eam-  
 A. C. 1714 que esse primam gratiam, fontemque

*Propositio*

*XXVI. &*

*XXVII.*

*lib. de Præ-  
dest. Sanct.  
cap. 7.*

*ex qua impetrantur cætera, in quibus iuste  
vivitur, & Cornelius non fidem prius,  
sed gratias fidem præcedentes habue-  
rit juxta eundem S. Doctorem, qui ait,  
quicquid antequam crederet, cum crederet,  
& postquam credidisset, bene operatus est.  
Cornelius, totum Deo dandum non tamen  
sine aliqua fide (non tamen clara & dis-  
tincta in Christum, sed implicita) do-  
nabat & orabat, proinde datur extra Ec-  
clesiam gratiæ, non autem salus.*

*Propositio  
XLIV. us-  
que ad  
LIX.*

*1. Epist. ad*

*Cor. 13.*

*2. 3. 13.*

*Circa charitatem Quesnellus erravit, dum docet duos tantum dari amores, Dei & concupiscentiæ, omnesque actiones ex hoc vel illo oriri, regnante cupiditate omnes actiones corruptas esse, fidem nec spem in Deum, nec Deum, nec ullum bonum opus, nec religionem esse, ubi non est amor Dei, omnem etiam orationem esse novum peccatum & hypocrisin, nec actiones Christianas Christiano modo fieri, nisi ex charitate fiant: cum tamen Apostolus charitatem ceteris quidem virtutibus præferat, & ad salutem esse necessariam statuatur, ceteras tamen virtutes etiam deprædicet, doceatque, quod non nisi a Deo sint, nec nos bonum cogitare, desiderare, mysteria cognoscere, nec*

nec fidem ac spem habere possimus, nisi per Christi gratiam, fidemque, spem & charitatem esse virtutem & quidem distinctas, hinc Tridentinum doceat, quod motus fidei, timoris & spei non sint peccata, nec nos hypocritas faciunt, *sed donum Dei sint & Spiritus S. impulsus, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis.* Præterea expro-  
 bant Quesnello malam fidem, qua Apo-  
 stolo hæc verba affingit: *Frustra cla-  
 mamus ad Deum: Pater mi, si spiritus  
 charitatis non est ille, qui clamat, cum  
 tantum Apostolus dicat: habemus spiri-  
 tum adoptionis, per quem clamamus, Abba  
 Pater, clamat & fides & spes, licet  
 minus perfecte quam charitas, fides  
 operatur etiam per spem, & per semet-  
 ipsam; peccator enim sine charitate e-  
 licit actus fidei, falsum ergo est, quod  
 Deus non coronat nisi charitatem, & qui  
 currit ex alio motivo, in vanum currat,  
 cum Deus etiam ceteras virtutes re-  
 compenset, & ex S. Augustino fides im-  
 petrat charitatem, dilectionem & justifica-  
 tionem, charitas quidem Dei cultum  
 reddit perfectum, sed fide & spe etiam  
 colendus est Deus, & domus Dei credendo  
 fundatur, sperando erigitur, diligendo per-  
 ficatur.* Enimvero D. Augustinus duos  
 admittit amores, ast sub nomine amo-  
 ris Dei non modo charitatem habitua-  
 lem

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

Seff. XIV.  
 c. 4. &  
 Can. 45.

Prop. I.  
 Ep. ad Rom.  
 8. 13.

Epist. 186.  
 cap. 3. edit.  
 noviss. En-  
 chir. c. III.  
 & 6. ser. 27.  
 cap. 1.

**Sæc. XVIII.** lem & dominantem intelligit, sed &  
**A. C. 1714.** actualem, omnem bonam voluntatem,  
 omnemque amorem boni, hinc etiam  
*lib. de Spirit.* in iis, in quibus non regnat charitas,  
 & *lit. c. 27.* imo & in infidelibus, quædam bona opera  
 & *28.* agnoscit, non autem, quod ea sint  
 peccata.

*Prop. LX.* Errat etiam Quesnellus, dum ait,  
*osque ad* supernaturalem inferni timorem ducere  
*LXVII.* ad desperationem, cor peccato ad-  
 cõtum relinquere, talem esse reum co-  
 ram Deo sub lege sicut Judæum esse,  
 & mancipium, hunc motum non ex-  
 cludere voluntatem peccandi &c. cum  
 tamen Tridentinum doceat oppositum,  
 & D. Augustinus asserat: *cum se per ti-*  
*Seff. VI.* morem (gehennæ) a peccato continent,  
*can. 6. &* fit consuetudo justitiæ, & incipit, quod  
*Seff. XIV.* durum erat amari & dulcescit Deus &c.  
*can. 4.* fit  
*Ennar. in* durum erat amari & dulcescit Deus &c.  
*Pf. 127. u. 7.* & *8.* bonus est iste timor, utilis est &c.

Nequiter etiam Quesnellus dicat,  
*Prop. VI.* quod Deus a Judæis exegerit imple-  
*VII. LXIV.* mentum legis, & nihilominus cor re-  
*LXV. ad* liquerit in sua impotentia, cum tamen  
*Gal. 11. 21.* licet lex vetus juxta Apostolum fuerit  
*Trid. Seff.* ex se impotens ad justificandum, in ea ta-  
*VI. c. 11.* men fuerit remedium ad delendum pec-  
*Deutr. c. 30.* catum originale, proin Judæi in justitia  
*II.* perseverare, legemque adimplere po-  
 tuerint, Deus enim impossibilia non ju-  
 bet, nec mandatum, quod Deus Ju-  
 dæis dedit, erat supra illos.

Pessime



Pessime etiam Quesnellus cum Lutheranis & Calvinistis Ecclesiam describebat tanquam mere invisibilem, omni auctoritate destitutam. cætum filiorum Dei, Angelos, omnes electos & justos complectentem: perperam etiam dicit, duntaxat eos habere Deum pro Patre, qui ducunt vitam dignam filio Dei, cum tamen etiam peccatores jubeantur orare: *Pater noster, qui es in caelis, & filius prodigus exclamarit: Pater peccavi &c.*

Insuper hi Præsules desiderabant, ut omnes utriusque sexus homines Sacram Scripturam recto usu & fructu, scilicet cum sincero proficiendi desiderio, humiliter mente, & animo ad Pastorum suorum consilia docili, & sub legitimorum Superiorum directione legere, idonei forent; talibus enim ipsi S. Patres, præfatique Præsules harum lectionem commendent, redarguunt tamen Præsules Quesnelum, qui lectionem totius S. Scripturæ omnibus (nequidem exceptis indoctis, simplicibus, & in fide inconstantibus) omni tempore utilem & necessariam esse, nec in certis casibus illam Superiores sine illusione & damno interdici posse, asseruit, cum tamen S. Petrus dicat de S. Pauli epistolis *quædam esse difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem, &c.*

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

*Prop. VIII.  
LXXII.*

*S. August.  
Brev. Coll.  
cum Donatist. III. c. 9.  
num. 16.*

*Propositio  
LXXIX.  
usque ad  
LXXXVI.*

*2. Petri 3.  
16.*

*Dialog. I.  
contra Pelag. lib. I.  
de doctr.  
Christ. c. 39.  
num. 40.*

S. Hie-

Sæc. XVIII. S. Hieronymus Pelagium arguat, eo-  
 A. C. 1714. quod scripserit, *scientiam legis etiam sa-*  
*minas habere debere* & S. Augustinus do-  
 ceat lectionem hanc non esse absolute  
 necessariam ad salutem & Concilium  
 Tolosanum can. XI. dicat *prohibetur,*  
*ne Libros V. & N. T. laicis permittatur*  
*habere.*

*Propositio* Postea Præsules docent, propositio-  
 LXXXVII. nem octogesimam septimam ideo fuisse  
 LXXXVIII. proscriptam, quia Quesnellus absolu-  
 LXXXIX. tionem esse differendam generaliter sine  
 exceptione, aut modificatione asseruit,  
 commendant vero Ecclesiæ disciplinam,  
 qua maximorum criminum rei vel  
 publici peccatores, priusquam recon-  
 ciliantur, poenitentiae subjiciuntur, &  
 sæpe ob varios casus & circumstantias ab-  
 solutio differtur, tanquam poenitentia  
 medicinalis: pariter Quesnellum redar-  
 guunt, dum peccatores non nisi post  
 reconciliationem, jus Sacrificio Missæ  
 assistendi habere dicit, cum tamen  
 idem Tridentinum omnibus præcipiat,  
 in Dominicis & festis assistere, & dum-  
 taxat publicos peccatores excludat.

*Prop. XC.*  
*usque*  
*XCIII.*

His Propositionibus Ecclesiam in  
 suis dogmatibus, disciplina & defini-  
 tionibus a Quesnello impugnatam fuisse,  
 explicabant Præsules, qualiter autem  
 hic etiam Ecclesiæ auctoritatem de-  
 struere conatus sit, ostenderunt, ex eo  
 quod

quod dixerit: *Ecclesiam habere auctoritatem excommunicandi de consensu fidelium, excommunicationis injustæ metum non impedire ab implendo debito, injuste excommunicatos non exire ab Ecclesia, si Deo, Christo & Ecclesie sunt per charitatem affixi.* Hac doctrina, inquit Præsules, Jansenistæ & Quesnellistæ censuras eludunt; nunquam enim latæ in eos excommunicationi consentient, an excommunicatio sit injusta, in tribunali suæ conscientie decident, licet sint interdicti, non censebunt se impediri a peragendo Missæ Sacrificio, a debito recusandi subscriptionem formulæ, Paschalem communionem suscipiendi, eo quod Christo per charitatem sint adhuc affixi, & a Christo sanati a vulnere, quod inflixit anathema: Intendit ergo Quesnellus impunitatem illis asserere, qui se decisionibus Pontificiis submittere recusantes, pertinaciter legitimæ auctoritati resistunt; vel ex censurarum metu sese submittere parant: falso etiam asseruit, excommunicandi potestatem primos Pastores a fidelibus recipere, injustam excommunicationem in pace esse tolerandam, præcipiti festinatione vibratam excommunicationem a Christo sanari &c.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

Denique ostendunt Præsules, quod *Propositio Quesnellus Synagogæ interitum per-* *XCIV.*  
*Hist. Eccles. Tom. LXVIII.*      Qq      pe- *usque C.*

Sæc. XVIII. peram applicet Ecclesiæ nunquam in-  
 A. C. 1714. terituræ, quod ideo dixerit, *domina-*  
*tum exerceri supra fidem fidelium, omnes*  
*potestates esse contrarias Prædicatoribus*  
*veritatis, eos communia facere juramenta*  
*in Ecclesia &c.* ut ostenderet, hos per-  
 secutores esse Pontifices, qui for-  
 mulæ juramentum præscripsere, illud  
 vero esse infirmis & idiotis laqueum,  
 perjurii occasionem, & efficere, ut no-  
 men & veritas Dei aliquando deserviat  
 consilio impiorum &c.

His ita expositis Præsules affirma-  
 runt, quod Propositiones XXVIII.  
 XLIII. LXVIII. LXX. LXXI. aliasque  
 explicare superfedeant, quia earum ve-  
 nenum omnium oculis ultro occurrit.  
 Huic vero instructioni addiderunt mo-  
 dum pro uniformi Constitutionis pro-  
 mulgatione, cujus summa hæc est.

„Perlecta Clementis XI. Constitu-  
 „tione, visa etiam illius acceptatione  
 „a Clero facta, reque mature pondera-  
 „rata iis, quæ præfati Præsules jam de-  
 „crevere, inhærentes, declaramus,  
 „quod in hac Constitutione Ecclesiæ  
 „doctrinam agnoscentes, illam debita  
 „submissione & veneratione accepta-  
 „mus, Reflexionum librum, & Propo-  
 „sitiones omnes inde extractas eo modo,  
 „quo a Papa perstrictæ sunt, damna-  
 „mus, cunctis utriusque sexus fidelibus  
 „pro-

„prohibemus, ne aliter de his Propo-  
 „sitionibus loquantur, doceant, scri-  
 „bant, nec hunc librum vel alios in  
 „ejus & earum defensionem editos vel  
 „edendos legant, vel teneant, sed  
 „exemplaria sub anathematis pœna  
 „statim nobis consignent, insuper hanc  
 „Constitutionem unacum acceptationis  
 „litteris ad acta referri, publice affigi,  
 „prælegi & promulgari & in usum de-  
 „duci jubemus, in transgressores via  
 „juris processuri.,, Hanc Instructionem  
 Præsules Parisini unacum epistola mo-  
 nitoria ad omnes Archiepiscopos &  
 Regni Episcopos die quinta Februarii  
 transmisere.,,

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

§. XXXI.

*Noaillii Cardinalis, aliorumque octo  
 Franciæ Præsulum oppositio con-  
 tra Constitutionis acceptatio-  
 nem & Instructionem Pa-  
 storalem.*

Postquam Cardinalis Rohanius cum  
 Deputatis de modo Bullam acce-  
 ptandi convenerat, Matthæus D'Her-  
 veau Turonensis Archiepiscopus, Hyp-  
 politus de Bethune Virodunensis, Lu-  
 dovicus de Clarmont, Laudunensis,  
 Gaston Noaillius Catalaunensis, Joan-  
 nes

*Proces.  
 Verb. v. Af-  
 sembl. Acta  
 publ. Const.  
 pag. 47.  
 Dorjann.  
 Journal.  
 pag. 96.*

Qq 2 nes

Sæc. XVIII. nes Soanen Sanitiensis, Petrus de  
A. C. 1714. Langle Bolognensis, Vincentius Fran-  
 ciscus Desmaretz, Macloviensis, An-  
 dreas Drevillet Bajonensis, & Carolus  
 de Caylus Antifiodorensis Episcopi clam  
 in Noaillii Palatio convenere, decla-  
 rantes, se nec instructioni, nec ac-  
 ceptationi aquieturos, nisi libro & Pro-  
 positionibus damnatis nullus error in  
 instructione attribueretur, & accepta-  
 tio clare sit relativa & restrictiva ad  
 eandem Instructionem: Hoc artificio  
 effecissent, ut libro & Propositionibus  
 ab omni errore absolutis suam acce-  
 ptationem vel duntaxat ad unum ex  
 veris Bullæ sensibus, vel ad sensus a-  
 lienos vero Constitutionis sensui subro-  
 gatos limitare, proin per facti & juris  
 distinctionem Quesnelli Reflexiones a  
 censuris liberare & negare potuissent,  
 quod errores per Bullam proscripti in  
 Quesnelli libro ejusque propositionibus  
 contineantur. Cum vero binas hæc  
 condiciones a ceteris rejici probe pro-  
 spicerent, inter se deliberarunt, an non  
 sese a ceteris segregare, hancque se-  
 parationem sub specioso Bullæ expli-  
 cationem a Papa petendi obtentu oc-  
 cultare, consultum foret. Placuit Noail-  
 lio, sibi que adhærentibus hoc consilium,  
 paucis tamen post diebus Cardinalis  
 Noaillius denuo hosce Præsules conve-  
 niens,

niens, eis significabat, se suam mu- Sæc. XVIII.  
 tasse sententiam; absdubio enim Pa- A. C. 1714.  
 pam hæc explicationes denegaturum,  
 proin recursum ad illum fore inutilem,  
 huncque separandi obtentum adeo fri-  
 volem nec conscientiæ nec honori con-  
 venire, consultius ergo fore, si insiste-  
 retur Instructioni Pastoralis, dummodo  
 nullus in ea error Quesnelli libro at-  
 tribuatur, & acceptatio sit conditiona-  
 lis. Annuere ceteri, quocirca Noail-  
 lius Rohanio declarabat, se, ut Pasto-  
 ralis instructio omnibus communis con-  
 ficeretur, ratum habere, dummodo in  
 ea nil Episcopis sibi adhærentibus in-  
 gratum contineretur: quapropter Ro-  
 hanius unacum Lingonensi Episcopo  
 ejusmodi Instructionem confecit, quæ  
 etiam sæpius ad Noailii petitionem fuit  
 correctæ: Jam autem die duodecima  
 Februarii præfati Episcopi rursus in  
 Noailii Palatio convenerant, declaran-  
 tes, sibi ratum, fixumque esse, sese  
 ceterorum judicio opponere, eoquod  
 acceptatio ad fallendum Papam &  
 & Episcopos instructa, Pastoralis vero  
 instructio ad reddendam Ecclesiæ pa-  
 cem, & veritatis defensionem insuffi-  
 ciens sit, proin se, reliquosque octo  
 Episcopos haud ultra eorum Sessionibus  
 interfuturos. Hæc quidem clam agita-  
 bantur, Antisidorensis tamen Episcopus

Q q 3

hoc

Sæc. XVIII. hoc arcanum haud adeo religiose ser-  
 vabat; quin non obscura saltem fama  
 A. C. 1714. de hoc schismate ad Regis aures per-  
 veniret. Hic ergo Noaillo significari  
 iussit, caveret, ne Ecclesiæ tranquil-  
 litatem turbaret, ipse igitur cum suis  
 præfixa die Sessioni interesset, relicta  
 cunctis plena opinandi libertate: Voi-  
 sinius quoque Noaillo perscripsit, suam  
 agendi rationem Episcopis injuriosam,  
 Regi ingratham, & ab æquitatis specie  
 alienam esse, nec ad honestandam  
 hanc separationem obtendi posse, quod  
 is alterius, quam ceteri Præsules, sen-  
 tentiæ sit, cum nullus adhuc suam tu-  
 lisset sententiam, si ergo, addebat Voi-  
 sinus, suæ Eminentiae rationes sunt  
 validiores, quam Præsulum, libere eas  
 exponat, si vero horum rationes sunt  
 magis solidæ, sese illis uniat, & con-  
 cordiam restituat. Parendum ergo e-  
 rat Regis mandato, & Noaillius Con-  
 fluentis, quo jamjam recesserat, Pa-  
 risios reversus, Sessioni mane die  
 prima Februarii habitæ cum suis inter-  
 fuit, atque instructionem Pastoralem  
 publice prælegi iussit, quo facto Noail-  
 lius eadem adhuc die post meridiem  
 nomine octo Episcoporum opponentium  
 sermonem habuit, in quo inter alia  
 ita effatus est: „Vestrum est delibe-  
 rare super hanc Instructionem, præ-  
 „pri-



„primis vero mihi injunctum, ut vobis Sæc. XVIII.  
 „declarem, quod octo hi Præsules & A. C. 1714.  
 „ego desuper nostrum suffragium ferre  
 „non possimus, eo quod alia via nobis  
 „incedendum videatur, scilicet recur-  
 „rendum esse ad Papam, eique propo-  
 „nendas esse difficultates nostras, ro-  
 „gandumque, ut conscientiae angustias  
 „sedandi, scholarum Catholicarum li-  
 „bertatem fartam servandi, pacemque  
 „in nostris Ecclesiis tuendi media no-  
 „bis suppeditare velit, hæc via magis  
 „est Canonica, Pontifici magis hono-  
 „rifica, praxi conformior, pro nobis  
 „securior, & Ecclesiae utilior: assiste-  
 „mus tamen Sessionibus usque ad con-  
 „gressus finem, quia ita præcepit Rex.  
 „Agamus in spiritu libertatis & verita-  
 „tis, ponderemus bene gravitatem de-  
 „liberationis nostræ: eam hæretici li-  
 „vidis oculis, Catholici non sine impa-  
 „tientia præstolantur, timent Theologi  
 „ne suarum Scholarum principia in Cl.  
 „Propositionum censuris involvantur.  
 „Quæ lites & contentiones inter eos  
 „orientur, si Bullam acceptemus, nec  
 „tamen, in quo damnati errores con-  
 „sistant, clare nos explicaverimus? Si  
 „quinque propositiones juste proscriptæ,  
 „notorie hæreticæ, & sigillatim quæ-  
 „libet sua censura notata, tamdiu Ec-  
 „clesiam turbarunt, quid erit de istis Cl.  
 „pri-

Qq 4

„qua-

Sæc. XVIII. „quarum condemnatio vaga est & in-  
A. C. 1714. „determinata? Si nostri Prædecessores  
 „numero octoginta quinque in suis ad  
 „Innocentium X. literis eidem signifi-  
 „carunt, quod ideo, quia Urbanus VIII.  
 „Pius V. & Gregorius XIII. singulis  
 „propositionibus suam specialem cer-  
 „suram addere neglexerunt, semper  
 „subterfugiis & speciosis prætextibus  
 „locus fuerit, quid dicerent, hodie de  
 „nova hac Bulla? . . . Conservemus  
 „ergo exacte æquitatem, propugnemus  
 „veritatem libere & generaliter, id  
 „enim est, prima obligatio nostra, re-  
 „vereamur Pontificem, obtemperemus  
 „Regi, . . studeamus omnes officii no-  
 „stri partes conciliare, & sic adim-  
 „plere omnem justitiam. „

Quo hæc Noaillii verba tenderent,  
 facile prospiciebant omnes, Meldensis  
 tamen Episcopus, Voisinius & P. Tel-  
 lierius Regis nomine tam gravibus ver-  
 bis pro simplici Constitutionis acce-  
 ptatione perorabant, ut nullus ambi-  
 gendi locus superesse videretur, quin  
 non omnes in Rohanii sententiam abi-  
 turi essent, nihilominus Cardinalis  
 Noaillius cum suis interpositæ opposi-  
 tionis firmiter insistit, Antisiodorensis  
 tamen Episcopus ab eorum partibus re-  
 cedens, sese quadraginta ceteris Epi-  
 scopis adjunxit, & ad quæstionem  
 quo-

quomodo deinceps cum Episcopis op-<sup>Sæc XVIII.</sup>  
 ponentibus agendum foret, respondit, A. C. 1714.  
 eos a Sessibus esse excludendos,  
 nec Noaillium ultra Præsidis partes  
 agere posse, antequam vero discede-  
 rent, cogendos esse, ut suæ oppositio-  
 nis rationes scriptotenus traderent, ne  
 de sua repugnantia rationem reddere  
 fors compulsi, factum negare valeant:  
 cum vero ipsemet Noaillius declararet,  
 se deinceps duntaxat tanquam *testem*  
 decisionibus Parisini Conventus inter-  
 futurum, hac in re nil ultra agitatum  
 est. Denique hujus confessus acta die  
 quinta Februarii ab omnibus (excepto  
 Noaillio eique adhærentibus) snere  
 signata; unde celebri huic confessui  
 finis impositus est.

§, XXXII.

*Epistola Noaillii Cardinalis, & ce-  
 terorum septem Episcoporum ad  
 Clementem XI. Papam.*

Priusquam quadraginta illi Præsules <sup>Dorfan</sup>  
 Parisini confessus acta suo chiro-<sup>Journal.</sup>  
 grapho firmarent, Episcopi opponen-<sup>pag. 100.</sup>  
 tes in Cardinalis Noaillii Archiepiscopi <sup>Acta publ.</sup>  
 Palatio rursus convenere, decernentes, <sup>Const. 126.</sup>  
 se oppositionis suæ rationes datis literis <sup>Lafiteau l. c.</sup>  
 summo Pontifici manifestaturos: re  
 comperta Rex Noaillio significari jussit,  
 Qq 5 nolle

Sæc. XVIII. nolle se, ut ejusmodi epistola, donec  
A. C. 1714. Parisini Conventus acta ab Episcopis  
 fuissent signata, Romam transmittere-  
 tur, nec ut omnes novem Episcopi uni  
 eidemque epistolæ sese subscriberent,  
 sed quisvis sigillatim epistolam quam-  
 dam scriberet, illiusque typum Regi  
 exhiberet: Quoniam vero hi Episcopi  
 jam die quinto Februarii literis ad Pon-  
 tificem dandis sua apposuissent nomina,  
 simulque Noaillo plenam sese oppo-  
 nendi, reclamandi vel etiam eorum  
 nomine appellandi scriptam facultatem  
 reliquissent, eorumque nonnulli jam-  
 jam ad suas reversi essent Diœceses,  
 hinc Noaillius mox eadem die sequen-  
 tes literas ad Pontificem dedit.

*Beatissime Pater!*

„Cum primum Constitutio, quam  
 „mense Septembri proxime elapso ve-  
 „stra Sanctitas edidit, Regis nostri Chri-  
 „stianissimi jussu perlata est ad Cardi-  
 „nales, Archiepiscopos, & Episcopos,  
 „qui in hac Regia urbe degebant, illud  
 „inprimis habuimus in animo, ut Apo-  
 „stolicæ Sedi debitam observantiam  
 „exhiberemus, & vestigiis Majorum  
 „nostrorum insistentes primæ Sedis Ma-  
 „jestatem impensius etiam, quam cæ-  
 „teræ Nationes, coleremus.„

„Quod

„Quod ut rectius pleniusque per-  
 „ficeremus, errores merita notandos  
 „censura detegere, antiqua dogmata  
 „firmare, acriores & plerumque peri-  
 „culosas Theologorum concertationes  
 „frænare, & intra certos limites justos-  
 „que eos coercere (salva tamen opi-  
 „nionum, quæ in scholis vigent, li-  
 „bertate) juxta Tridentinæ Synodi  
 „summorum Pontificum prudens confi-  
 „lium; Ecclesias denique, quibus di-  
 „vina dispensatione præpositi sumus,  
 „pacem ac concordiam minime fuca-  
 „tam ideoque stabilem & perpetuo du-  
 „raturam procurare, omni labore, stu-  
 „dio, diligentia enixi sumus.,

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

„Is fuit proculdubio, Beatissime  
 „Pater, eritque semper, Vestræ San-  
 „ctitatis animus; hæc Sententia; idem  
 „omnium nostrum propositum, eadem  
 „voluntas. Ast ubi, quibus ad præ-  
 „stitutum finem perveniremus, quæ-  
 „renda media fuerunt, tunc in varias  
 „sententias abitum est. Porro dum  
 „fidei nihil, sanctæ Sedis dignitati &  
 „authoritati nihil derogetur, quidni li-  
 „ceat, ut loquitur. Apostolus, unicui-  
 „que in suo sensu abundare; Principio  
 „quidem certum apud omnes fuit,  
 „Beatissime Pater, vestram constitu-  
 „tionem nonnullis explicationibus elu-  
 „cidandam, quo fideles nostræ curæ  
 „con-

Sæc. XVIII. „concrediti illam & intelligerent faci-  
 A. C. 1714. „lius, & reverentius fusciperent, has

„multo labore totoque trium mensium  
 „spatio elucubratas amplexi sunt Epi-  
 „scopi quadraginta, deinde Constitu-  
 „tioni subscribere, illamque una cum  
 „adjunctis interpretationibus promul-  
 „gare decreverunt. Nobis vero nec  
 „interpretatio, nec ipsorum consilium  
 „probanda visa sunt. Cum jam, tum  
 „ab initio totius Negotii, duxerimus  
 „omnino supersedendum, rati scilicet  
 „Sanctitatem Vestram prius consulen-  
 „dam, quam commisso Nobis gregi  
 „ipsius censuram exponeremus.

„Hanc nunc viam amplectimur,  
 „numero quidem inferiores, at sincero  
 „in profligandis omnibus iis, quos in  
 „Janzenio Petri cathedra damnavit,  
 „erroribus, Zelo & prompta animi a-  
 „lacritate, in proscribendo, quem Ve-  
 „stra Sanctitas proscripsit libro non im-  
 „pares; ac tuendæ veritatis, unitatis  
 „fovendæ, Apostolicæ Sedis colendæ  
 „studio, verbo absit injuria, superiores.  
 „Nefas sane foret, si celeremus San-  
 „ctitatem Vestram, quantum pertur-  
 „bationis cum in hac urbe Regia, tum  
 „in toto Regno sit exortum, ex quo  
 „data constitutio omnium manibus ter-  
 „cæpit. Nimirum aliquot abhinc ætu-  
 „nis recrudescente contentionum æstu

„pronius in offensionem animos plero- Sæc. XVIII.  
 „rumque vidimus adduci. Instantem A. C. 1714.  
 „ac quotidianam, Beatissime Pater,  
 „quam cunctarum Ecclesiarum geris  
 „solicitudinem præteriisse putamus,  
 „quam contumeliose, quam procaci-  
 „ter, accepta occasione in sanctam Se-  
 „dem adeoque in totam Ecclesiam Ca-  
 „tholicam insurgant hæretici; Neophy-  
 „torum nutantem ac dubiam fidem,  
 „turbatos animos plurimorum, qui  
 „magno propectu Christiani sunt, an-  
 „xias sollicitæ conscientiæ curas, om-  
 „nium denique, ut Regni, ita Ecclesiæ  
 „ordinum parum morigeram & offen-  
 „sioni proximam voluntatem. „

„Quamobrem procelloso fluctuan-  
 „tium Ecclesiarum Nostrarum statu gra-  
 „viter commoti, metuentesque, ne  
 „præsentia mala majorum sint turba-  
 „rum præludia, necnon & semina,  
 „ad amantissimum Patrem confugi-  
 „mus, ut mæstis rebus opem ferat,  
 „horum omnium, quæ nobis difficulta-  
 „tem pariunt, indiculum texere, ac-  
 „ceptam decessorum traditione Doctri-  
 „nam, totumque disciplinæ Ecclesia-  
 „sticæ Nostræ ordinem expromere sta-  
 „tuimus, speramusque fore, ut pro-  
 „pediem laborem hunc nostrum ad  
 „Sanctitatem Vestram transmittamus. „

„Et

Sæc. XVIII. „Et sane veriore[m], Beatissime Pa-  
 A. C. 1714. „ter, quem de tua mente interroge-  
 „mus, interpretem occurret nemo,  
 „Quid, quod præcipuum istud est pri-  
 „mæ Sedis Decus, ut ad ipsam tanquam  
 „unitatis & veritatis centrum cetera  
 „convenient, hoc, juxta paternæ con-  
 „suetudinis normam, Tridentina Sy-  
 „nodus, hoc summi Pontifices observa-  
 „dum docuerunt. Hac membrorum  
 „cum capite consensione veritas firmius  
 „stabilitur, pacis & unanimitatis concor-  
 „diæ vinculum fortius stringitur, ac  
 „solidius roboratur: *multum denique,*  
 „inquit sanctus Leo, *sacerdotalis officii*  
*meritum splendescit, cum ita summorum ser-*  
*vatur auctoritas, ut in nullo inferiorum*  
*videatur imminuta libertas.* Iis instituti-  
 „disciplinis Episcopi Gallicani octoginta  
 „quinque Innocentium decimum data  
 „Epistola rogaverunt, ut singulas e-  
 „quinque Jansenii Propositionibus sin-  
 „gulari censuræ nota inureret, eoque  
 „Pontificum, Gregorii decimi tertii &  
 „Urbani octavi Bullæ propter indeter-  
 „minatam Censuram errori semper sub-  
 „terfugium relinquerent. Eorum votis  
 „annuit benigne summus Pontifex, no-  
 „stris quoque B. P. annuito, & solutis  
 „dubiis ea redeat responsio, quæ  
 „pertissima Nobis, quibus imminenti-  
 „bus malis mederi, infirmos in fide  
 „sulci-



„fufcipere, ac folari poffimus, remedia  
 „fuppeditet. Ne vero Sanctitatis Ve-  
 „ftræ conftitutio tot interpretes patia-  
 „tur, quot Epifcopos, imo quot Theo-  
 „logos, opportuna cautione provideas,  
 „rogamus atque obteftamur. Quæ ex  
 „hac tam varia, quam multiplici in-  
 „terpretatione fecutura toti Ecclefie  
 „incommoda, facile profpicias, fi pa-  
 „terna charitate bonus nos audias Deo  
 „favente, ea non multo labore avertere  
 „poteris. „

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

„Habes B. P. omnem confiliorum  
 „noftorum rationem, habes & intimos  
 „animi noftri fensus: itaque illud unum  
 „profitemur, summam fcilicet erga  
 „fanctam Sedem, & Veftram Beatitu-  
 „dinem obfervantiam, summum ftu-  
 „dium, &c.

Huic epiftolæ contra manifeftrum Re-  
 gis interdictum, fubfcripti legebantur  
 præter Noaillium una omnes feptem ce-  
 teri Epifcopi; Laudenfis enim nomen  
 fuum non appofuerat, qui poftea una-  
 cum Antifiodoreni Conventus iudicio  
 acquievit. Die autem octava Februarii  
 Rex Noaillio accessum ad Aulam inhi-  
 buit, ceterisque Epifcopis injunxit, ut  
 intra triduum Parisiis excederent, at-  
 que ad fuas Diecefes reverterentur;  
 nihilominus Noaillius, Turonenfis Ar-  
 chiepifcopus, Virodunenfis, Laudenfis,  
 Cata-

Sæc. XVIII Catalaunensis, Sanitiensis, Bolognien-  
 A. C. 1714 sis, Macloviensis, & Bajonensis Epi-  
 scopi literas, quibus dies vigesima quarta  
 Februarii adscripta erat, ad Regem  
 dederunt, in quibus suæ oppositionis  
 rationes exposituri declararunt, quod  
 a Confessus iudicio discreparint, ac  
 propositiones proscriptas explicari pe-  
 tierint, I. eo quod Commissarii omnes,  
 earum condemnationem esse obscuram  
 earumque explicationem esse necessa-  
 riam, affirmarint, imo integro trimestri  
 in iis explicandis laborarint, proin-  
 quod explicatione indiget, pure &  
 simpliciter acceptari nequeat. II. Quia  
 cum omnes Franciæ Episcopi hanc  
 Constitutionem tanquam Iudices fidei  
 acceptent, facile, Curia Romana implici-  
 ter hac acceptatione sibi persuadere pos-  
 set, quod duntaxat suarum decisionum  
 executores forent. III. Quia hæc Consti-  
 tutio iuribus Regni, & Regiæ Personæ  
 securitati quodammodo præjudicat.  
 Nos, prosequerentur Episcopi, a ce-  
 teris circa fidei veritatem non dissenti-  
 mus, omnes quinque Jansenii propo-  
 sitiones, ceterosque errores a Cle-  
 mente XI. in sua Constitutione dam-  
 natos damnamus, proscribimus omnes  
 Reflexionum librum, & cuncta, quæ  
 Jansenii hæresin innovare possent, quæ-  
 ritur

ritur duntaxat, an Episcopis, uti sen-  
tiunt, loqui liceat?

Sæc. XVIII.

A. C. 1714.

In alia adhuc epistola iidem Episcopi in suæ repugnantiae excusationem apud Regem obtendebant, se decisioni in Confessu propositæ non acquievissent, eo quod illam veritati, Episcopatus iuribus, & Regni legibus, minus consonam esse, nilque aliud quam falsam & perniciosam pacem Ecclesiæ per eam reddi arbitrarentur: Id probare nitebantur, I. quia quivis, cum Constitutio propositiones indeterminate proscribat, eam pro suo arbitrio interpretandi libertatem sibi arrogat. II. Quia Theologi hac censura abutentes, suas opiniones tanquam fidei dogmata venditant, & sententias ab Ecclesia adoptatas impugnant: alii vulgatis libellis plures propositiones sacris literis & S. Patribus consonas esse affirmant. III. Quia Neo-conversi, veteresque Catholici gravibus dubiis anxiantur circa propositiones de sacris literis, de administratione Sacramenti Pœnitentiæ, & excommunicatione: hæretici autem Catholicos ob hanc Constitutionem variis argumentis divexant. Ob has rationes, inquiebant Episcopi, omnes ferme Præsules Parisiis congregati petierunt, ut veritates, quas credere, & errores, quos rejicere oportet, ante

Hist. Eccles. Tom. LXVIII.

Rr Con<sup>a</sup>

Sæc. XVIII Constitutionis promulgationem explicarentur: cum autem tot propositiones ob angustias temporis sigillatim examinare haud potuerint, hinc Pontificis menti magis consonum esse arbitrati sint, ejusmodi explicationes potius a Papa petere, quam diutius inter se altercari. Videtur etiam, addebant illi, quod Conventus acceptatio minus sincera fuerit, cum Præsules Bullam acceptantes una ex parte hanc Constitutionem nonnisi juxta explicationes in Pastoralis instructione contentas ceperint, ex altera vero summo Pontifici insinuarint, quod eam *pure & simpliciter* acceptarint (\*). Ex his rationibus

(\*) Opponentes talia unice eo fine excogitarunt, ut insinuarint, Pontificis Constitutionem esse obscuram, ac propterea acceptantes sua instructione ambiguitates tollere, verum sensum determinare, suamque acceptationem ad eorum explicationes restringere voluerint, proin merito opposcentes, Bullam nisi prius explicetur, & sensus a Papa determinentur, acceptandam non esse recte sentiant. Ast vanum hunc esse obtentum, demonstrarunt Acceptantes; constat enim, quod jamjam Constitutionem acceptarint, prius-

nibus declarabant Regi, quod Reflexionum librum proscribendo sese supremo Ecclesiae Capiti unirent, ab eoduntaxat peterent, ut sicut olim Innocentius X. ad 85. Episcoporum preces circa quinque Propositiones, ita is circa nuperam Constitutionem explicatius suam mentem declararet.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1712.

§. XXXIII.

prinsquam de Instructione cogitarent, & potius consentire maluerint, ut opposites sese separent, quam quod suam acceptationem ad Instructionem restringi permitterent, ac propterea omne præambulum, seu præfationem acceptationi præmitti nullatenus consenserint, quinimo etiam illi numero paucissimi Præsules, qui restrictivam vel conditionalem acceptationem fieri petebant, palam declararunt, quod propterea non prætenderent, Bullam restringere, cum nec ea egeat restrictione aut explicatione, nec ipsis restringendi jus competat, sed etiam acceptent in omni sensu, cujus capax sit, & duntaxat *relativam* acceptationem simpliciter facere velint, excludant autem omnem acceptationem restrictivam, conditionatam aut exclusivam: omni ergo robore destituitur plausiblem opponentium prætextus, quo suum

Re 2 recur

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

§. XXXIII.

*Hujus Constitutionis acceptatio per  
universum Franciæ Regnum,  
Regiis literis injuncta.*

*Dorsann.  
Journ.  
pag. 101.  
Act. publ.  
pag. 111.  
Lafiteau  
Hist. Const.  
t. I. part. 2.*

Jam die octava Februarii Rex declarabat, quod Pontificiæ Constitutionis acceptationem per universam Gallicarum Regnum, Regiis literis præcipere decrevisset: comperto hoc Regis consilio mox Aguesson, & Joly Fleurius Regii juris cognitores difficultates, quibus ejusmodi literæ essent expositæ, Regi ob oculos posuere, exponentes, quod habitus Cleri Conventus ex convocatione & Provinciarum deputatione fuerit institutus, ejusmodi autem Conventus Clerum Gallicanum repræsentans, quamvis in rebus fidei decidere non valeat, exin tamen tantam habeat in ejus decisionibus auctoritatem, ut postquam hi Deputati ad suas Diæceses reversi factas decisiones suis Confratribus communicarent, nullus

recursum & oppositionem honestaturi affererent, longe decentius esse, Pontifici relinquere, ut Constitutionem suam explicet, quam Constitutionem Pontificiam suis explanationibus donare, quod quadraginta illorum Episcopos fecisse, falso arguebant.

nullus reclamare audeat, proin una- <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 nimis totius Cleri acceptatio inde re- <sup>A. C. 1714.</sup>  
 sultet, ejusmodi autem conventus cum  
 nequidem unanimis fuisset, nunquam  
 Regiis literis confirmari possit. Cum  
 autem Rex oppositis ejusmodi cavilla-  
 tionibus duntaxat moras necci cogno-  
 sceret, & suo proposito firmiter in-  
 sisteret, Bazonius Burdegalensis Ar-  
 chiepiscopus & Lamoignonus necnon  
 Chauvelinus Regem rogabant, ut si  
 ejusmodi literas promulgare firmum  
 fixumque haberet, saltem in illis loco  
 verbi, *injungimus* uti velit, *hortamur*,  
 eoquod profana potestas Episcopis ut-  
 pote doctrinæ Judicibus injungere non  
 possit, ut Romanam Constitutionem  
 acceptent, & quamvis a Cleri Conventu  
 jam sit recepta, Episcopi tamen hujus  
 conventus a suis Provinciis debita fa-  
 cultate & mandato ad id non fuissent  
 instructi. Hi aliunde nonnisi numero  
 quadraginta, qui, cum nequidem ter-  
 tiam Præsulum partem æquarent, ce-  
 teris legem imponere haud possent; vel  
 enim, aiebat Procurator Generalis,  
 hi Episcopi Bullam acceptare teneren-  
 tur vi ipsius Constitutionis, vel vi Re-  
 gii mandati, vel acceptationis factæ,  
 non primum, nam Constitutiones Ro-  
 manæ ex seipsis non obligant in Fran-  
 cia, non vi literarum Regiarum, cum  
 Rr 3 Rex

Sæc. XVIII. Rex iudicium inter Episcopos agere, A. C. 1714. & fidei quæstiones decidere non posset, non denique vi acceptationis, cum ipsimet Episcopi acceptantes, quia Episcopos opposcentes ad subscribendum non adstrinxerunt, haud obscure facti essent, quod absentes Episcopos, ut se ceterorum iudicio submitterent, adstringendi jus ipsis non competeret. His subjunxit Fleurius, quod, præterquam in Constitutione aliarum proscriptionum, quæ tamen nunquam in Gallis fuissent receptæ, mentio fieret, insuper propositionum de excommunicatione agentium proscriptio ansam præbeat, ne aliqui sub hoc obtentu Episcopis clavium potestatem abnegare, aut propugnare auderent, quod iniusta excommunicatio, imo & sola ipsius comminatio possit impedire, quominus debita maxime essentialia adimpleant, proin ob iniustæ censuræ metum Regii subditi impedirentur a præstanda Regii fidelitate, legum observantia, aliisque veris obligationibus: Insuper habitis hisce difficultatibus Rex has quidem propositiones circa excommunicationem juxta Regni leges explicari permittit: nil tamen, quod Papam offendere posset, inferi voluit, declaravitque, quod verbum *injungimus*, Regiis literis apponi omnino velit; id enim Regi sug-  
gere-



gerebant Rohanius Cardinalis, & Mel-  
 densis Episcopus, eo fine, ut si Noail-  
 lius ceterique septem Episcopi Con-  
 stitutionem promulgare recusaverint,  
 Rex eos tanquam *suo mandato* obsisten-  
 tes etiam bonorum proscriptione ad  
 officium redigere, jure posset

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

Die igitur decima quarta Februarii  
 Rex Regias suas literas promulgari  
 jussit, in quibus retulit, elusa omni  
 sollicitudine, qua fidei puritatem &  
 Ecclesiæ pacem conservare studuerit,  
 Jansenistas tamen insuperhabitis Con-  
 stitutionibus Apostolicis in Francia re-  
 ceptis, sprete Episcoporum vigilantia,  
 contemptis Regiis edictis in numero &  
 audacia invaluisse, hancque malignam  
 doctrinam in Reflexionum libro conten-  
 tam disseminasse, ut ergo majora præ-  
 veniret mala, revocato privilegio Regio  
 Constitutionem Pontificiam sibi ab Apo-  
 stolico Nuntio traditam debita venera-  
 tione se recepisse, illamque a plurimis  
 Episcopis acceptatam fuisse, postea  
 Conventum Cardinalium, Archiepisco-  
 porum, & Episcoporum Parisiis agen-  
 tium convocasse, ab his vero de una-  
 nimi acceptatione certiozem se reddi-  
 tum, rogatumque fuisse, ut hanc Bul-  
 lam in toto Regno promulgari, & in  
 usum deduci Regiis literis præcipe-  
 ret: „quapropter prosequeretur Rex,

Rr 4

„ad

Sæc. XVIII. ad destruendos errores, fidei, & Ec-  
 A. C. 1714. clesiae tranquillitati contrarios decla-  
 ramus & præcipimus, ut hæc Consti-  
 tutio in omnibus nostris Provinciis  
 ubique recipiatur, promulgetur, &  
 exacte observetur: exhortamur & si-  
 mul *injungimus* omnibus Regni Præ-  
 sulibus, ut eam in cunctis suæ Dia-  
 cesis Ecclesiis prælegi & promulgari  
 jubeant, & uniformem illius obser-  
 vantiam urgeant. Præcipimus etiam,  
 ut liber a Papa proscriptus, & cuncta  
 in ejus & propositionum defensionem  
 edita, vel edenda sint semper sup-  
 pressa, atque ejusmodi exemplaria ad  
 nostra Tribunalia deferantur, statuta  
 in transgressores poena publicæ quie-  
 tis perturbatoribus infligi solita. De-  
 nique mandamus Parisiensis Parla-  
 menti Senatoribus, ut si in præfata  
 Constitutione nihil S. Decretis, no-  
 stræque coronæ prærogativis & Ec-  
 clesiae Gallicanæ libertatibus contra-  
 rium reperiri constiterit, Regias no-  
 stras literas unacum præfata Consti-  
 tutione ad acta referre teneantur, &  
 requisiti cunctis Præsulibus ad hujus  
 mandati executionem omne auxilium  
 præstent. „

Die sequenti desuper deliberatum,  
 rursusque difficultates nuper propositæ  
 fuerunt innovatæ: plurimorum tamen  
 suffra-

suffragia eo abibant, parendum esse Sæc. XVIII.  
 Regis voluntati, quapropter Parlamen- A. C. 1714.  
 tum decrevit, Regis literas unacum  
 Pontificia Constitutione ubique ad acta  
 esse referendas, quin tamen decreta in  
 Regno non recepta, aut alia libertati-  
 bus Ecclesiæ Gallicanæ, juribus &  
 coronæ prærogativis, vel Episcoporum  
 potestati ac jurisdictioni contraria ap-  
 probentur, vel propositionum circa ex-  
 communicationem, damnatio Regni  
 legibus & consuetudini derogare cen-  
 seatur, aut sub hujus proscriptionis ob-  
 tentu quis prætereundum valeat, quod,  
 ubi de fidelitate & obedientia Regi de-  
 bita, vel legum aliorumque realium  
 debitorum observantia agitur, injustæ  
 excommunicationis timor ab eis adim-  
 plendis Regios subditos impedire valeat.

§. XXXIV.

*Regis mandatum ad Sorbonam pro  
 acceptanda Constitutione da-  
 tum.*

Regiis literis ad acta relatis Ludovicus Acta &  
 Rex, urgente P. Telliero, Pontifi- decreta Fa-  
 ciam Constitutionem ad Parisinam Fa- cult. p. 69.  
 cultatem Theologicam die vigesima  
 quarta Februarii transmittere constituit,  
 ut illa ab eadem reciperetur, atque  
 in tabulas referretur. Hanc in rem  
 Rr 5 die

Sæc. XVIII. die vigesima octava ejusdem Mensis  
 A. C. 1714. Versaliis Rex has' ad eandem dedit  
litteras.

„Postquam Sanctissimus Pater no-  
 „ster Pontifex Maximus nobis per Do-  
 „minum Bentivoglium Archiepiscopum  
 „Carthaginensem Nuntium suum  
 „lit Constitutionem quamdam in forma  
 „Brevis sexto Idus Septembris editam,  
 „qua librum, cui titulus: *Novum Te-  
 „stamentum &c. seu Synopsis &c.* & pro-  
 „positiones centum ac unam ex eo de-  
 „cerptas damnavit: eandem Constitutio-  
 „nem misimus ad Cardinales, Episco-  
 „pos & Archiepiscopos in Urbe nostra  
 „Parisiensi jussu nostro congregatos,  
 „qui cum reverentia Sanctitati suæ  
 „debita eandem susceperunt, Nobis  
 „quoque supplicarunt, ut litteras no-  
 „stras patentes pro ejusdem publica-  
 „tione expediri curaremus: quod &  
 „a Nobis factum est, & quia volumus  
 „hanc Constitutionem robur habere,  
 „& nihil iis, quæ continet, contrarium  
 „doceri, exhortamur vos, vobisque in-  
 „jungimus, ut invigiletis, ne in lectio-  
 „nibus Theologicis & Theibus, quæ  
 „in Theologia ac Philosophia disputan-  
 „da proponuntur, ulla Propositio deci-  
 „sionibus in præfata Bulla contentis  
 „contraria proferatur, aut propugnetur,  
 „utque eadem Constitutio eodem prorsus  
 „modo,

„modo, quo Bulla, quæ tertio calen- Sæc. XVIII.  
 „das Septembris Anno 1705. ad vos A. C. 1714.  
 „jussu nostro missa fuit, in Tabulas ve-  
 „stras referatur. Curate id sedulo, sic  
 „enim fert voluntas nostra. „

§. XXXV.

*Noaillii Cardinalis sollicitudo Sorbo-  
 nam ad suas partes pertrahendi.*

Quamprimum Noaillio Cardinali Re- *Acta publ.*  
 gis consilium innotuerat, mox *Const. p. 122.*  
 ipse eadem die vigesima quinta Februarii  
 qua Rex Constitutionis acceptationem  
 Sorbonæ præceperat, Instructionem  
 Pastoralem confecit, eamque tertia  
 post die publici juris factam ad omnes  
 Diæcesis suæ Clericos & Regulares  
 transmittit. Illius summa erat hæc:  
 „Mature perpensis omnibus Constitu-  
 „tionis acceptandæ modis, qui nobis  
 „propositi fuere, ex iis Sedi Apostolicæ  
 „magis honorificum, & conservandæ  
 „veritati magis proprium selegimus:  
 „non autem perturbet vos opinionum  
 „diversitas, & dissensionis inter Epi-  
 „scopos exortæ umbra: non agitur de  
 „dissensione in fide, nec rumpitur sacra-  
 „tum charitatis vinculum; quamvis e-  
 „nim Præsulum in nupero confesso di-  
 „versa a nobis fuerit sententia, nullus  
 „tamen eorum adoptavit errorem, re-  
 „liquit

Sæc. XVIII. „liquit veritatem: quoniam vero com-  
 „A. C. 1714. „muni omnium iudicio plures propo-  
 „tiones in Bulla damnatæ sunt ob-  
 „scuræ & ambiguæ, eas explicatione  
 „indigere censuerunt Præsules, & qui-  
 „dem aliqui, illas ipsimet explicarunt,  
 „alii nobiscum, ut pro ejusmodi explica-  
 „tione ad Papam recurreremus, censue-  
 „runt: Huic viæ utpote in præsentibus  
 „rerum vicissitudine necessariæ, & Re-  
 „gulis consonæ vos omnes institutos,  
 „non ambigimus: Deus cordis nostri  
 „Scrutator scit, quod nil aliud inten-  
 „damus, quam ut veritates a vobis  
 „credendas, & errores a vobis reji-  
 „ciendos clare vobis exponamus, &  
 „his omnem sese Ecclesiasticis censuris  
 „subtrahendi obtentum, aliis privatas  
 „suas opiniones pro fidei dogmate ven-  
 „ditandi occasionem præcidamus: Ea  
 „ex ratione nostras difficultates summo  
 „Pontifici exposuimus, simul tamen,  
 „quamprimum librum reflexionum a  
 „Papa proscriptum audivimus, pariter  
 „& nos damnavimus, sperantes, quod  
 „& hunc vos librum in nostra Diœcesi  
 „proscriptum, & cujus lectio vobis est  
 „interdicta, detestaturi sitis. Quapro-  
 „pter ejusdem damnationem innovan-  
 „tes, illum legere, vel retinere vobis  
 „prohibemus, & omnibus & singulis  
 „Ecclesiasticis sub pœna suspensionis ipso  
 „facto

„facto incurrendæ præcipimus, ut circa Sæc. XVIII.  
 „hanc Constitutionem nullum actum A. C. 1714.  
 „jurisdictionis exerceant, nec eam in-  
 „dependentem a nostra auctoritate con-  
 „tra subordinationem per Ordinem Hie-  
 „rarchicum stabilitam recipiant, ut  
 „tandem acceptis a Papa explicationi-  
 „bus sensum erroneum a Pontifice dam-  
 „natum vobis determinare, & hujus  
 „Constitutionis exequendæ modum  
 „Ecclesiæ magis proficuum, Regique  
 „acceptum arripere valeamus &c.

§. XXXVI.

*Iteratæ Regis literæ ad eandem  
 Facultatem.*

Hanc instructionem Noallius ad Re- Acta & De-  
 gem & Mentenoniam ejusdem Re- cret. Facult.  
 gis Amasiam transmisit, quam tamen pag. 70.  
 Rex non sine maxima indignatione ex-  
 cepit, nullaque mora ad Parisinam  
 Facultatem Theologicam die secunda  
 Martii has dedit literas: „Postquam  
 „certiores facti sumus, cognatum no-  
 „strum Cardinalem de Noailles & Ar-  
 „chiepiscopum Parisiensem quoddam  
 „Mandatum confecisse, quod eo ipso  
 „die, quo sanctissimi Patris nostri sum-  
 „mi Pontificis Constitutionem ad vos  
 „miseramus, in lucem prodiit, & hoc  
 „mandato in deliberationibus vestris  
 „ab-

Sæc. XVIII. „abufu quorundam ingeniorum turbu-  
 A. C. 1714. „lentorum perturbationem aliquam af-  
 „ferri posse comperimus, Mandamus  
 „vobis, ut ad literas pridie calendas  
 „Martii a Nobis datas omnino vos con-  
 „formetis, vobisque injungimus denuo,  
 „quoad necesse fuerit, ut sine mor-  
 „ulla, aut temperamento, Constitutio-  
 „nem illam in Tabulas referatis ac De-  
 „cano Syndicoque facultatis præcipi-  
 „mus, ut hujus nostræ voluntatis exe-  
 „cutioni invigilent. Curate hæc di-  
 „ligenter, sic enim fert voluntas nostra.”

## §. XXXVII.

*Facultatis deliberatio circa Regis  
mandatum.*

Jam die vigesima octava Februarii Ro-  
 hanius Cardinalis Facultatis Deca-  
 num, Syndicum, & sex Seniores Do-  
 ctiores ad se accersivit, quibus Papæ  
 Constitutionem, Regisque literas præ-  
 sentibus quibusdam Episcopis tradidit.  
 Hi ergo deliberandi spatium petentes,  
 die prima Martii in Aula Collegii Sor-  
 bonici comitia celebrarunt, in quibus  
 peracto solemnī Sacro Carolus de Rouge  
 Facultatis Syndicus exposuit, Cardi-  
 nalem Rohanium pridie ad se accersitis  
 Doctoribus significasse, Regis mentem  
 esse, ut Sacra Facultas remisso omni  
 alio



alio negotio recipiendæ Constitutioni Sæc. XVIII.  
 vacaret, eaque omnia decerneret, qui- A. C. 1714.  
 bus illa, ut par est, plenam in Scholis  
 obtineat auctoritatem: Tum Syndicus  
 Regis literas, & Apostolicam Constitu-  
 tionem prælegi iussit, quibus perlectis  
 subjunxit, „oportere esse hæreses, juxta  
 „Apostolum, sed singulari Dei Provi-  
 „dentia nunquam non suscitari viros  
 „fortes in fide, aliosque suprema au-  
 „thoritate præpotentes, qui eas vel in  
 „ipsis incunabulis suffocent, aut jam  
 „adultas extinguant: atque hujusce  
 „Divinæ bonitati & Providentiæ splen-  
 „didum extare argumentum in hæresi  
 „Janfeniana, quæ ut primum visa est  
 „attolere caput, statim damnata ab  
 „Innocentio X. Pontifice: tum sinuosos  
 „in gyros, serpentis instar, sese cir-  
 „cumvolvens ab Alexandro VII. novis  
 „institutionibus, editoque formulario  
 „contrita, ac demum per Clementem  
 „XI. uno & altero profligata est diplo-  
 „mate: hoc vero postremum Decre-  
 „tam æternum fore sanctissimi Pontifi-  
 „cis vigilantissimæ sollicitudinis monu-  
 „mentum, quo nempe cernere est,  
 „quanto amore, quanta cura supremus  
 „ille Pastor oves sibi a Christo, cujus  
 „vicarius est, commissas, abducat ab  
 „pascuis venenatis; quanto lucis radio  
 „offusas puritari Doctrinæ nebulas di-  
 „scu-

Sæc. XVII. „scutiat, & dissipet, quam provido &  
 A. C. 1714. „bili stipite virgulta dirumpat, ulti-  
 „mas evellat fibras, & omnia elidat  
 „semina. In hacce autem postulanda  
 „Constitutione non satis prædicari posse  
 „constans & religiosissimum studium  
 „Christianissimi Regis, qui non minus  
 „pro integritate fidei, quam pro Regni  
 „administratione sollicitus, non solum  
 „Regium, sed & vere sacerdotalem ani-  
 „mum exhibet. Cæterum missam ad  
 „sacram facultatem præsentem consti-  
 „tutionem novum esse Augustissimi Re-  
 „gis erga hunc sacrum Ordinem singu-  
 „laris fiduciæ & amoris testimonium.  
 „Itaque requirere se, ut sacra Fæ-  
 „cultas solemnè decreto præfatam Bul-  
 „lam summi Pontificis Clementis XI.  
 „quæ incipit, *unigenitus Dei filius*, cum  
 „debita reverentia, atque obsequio re-  
 „cipiat, eamque una cum Regis literis  
 „in suas Tabulas jubeat referri. provi-  
 „deatque strictis cautionibus, etiam sub  
 „pœna exclusionis e gremio sacre fa-  
 „cultatis ipso facto incurrenda, nequis  
 „contra decisiones, in ea contentas ali-  
 „quid dicat, doceat, aut proponat,  
 „illamque ulla ex parte violare aut la-  
 „befactare præsumat ac demum in ea  
 „Constitutione recipienda, eadem om-  
 „nia præstet, quæ præstitit in admit-  
 „tenda

„tenda altera Constitutione ejusdem Sæc. XVIII.  
 „Clementis XI. quæ incipit, *Vineam* A. C. 1714.  
 „*Domini Sabaoth*, &c. directa ad sacram  
 „facultatem literis Regiis die 30. Men-  
 „sis Augusti Anno 1705. decernatque  
 „Regi optimo gratulationes, & gratia-  
 „rum actiones amplissimas.”

Ardentius præ ceteris Carolus Wi-  
 tassius Regius Theologiæ Professor con-  
 tra Constitutionis acceptationem de-  
 clamabat, exponens, I. concordari non  
 posse, quod Facultas desuper deliberare,  
 & omnino Constitutionem acceptare  
 jubeatur, II. quod si Constitutionis ac-  
 ceptationem restringere non licet, Theo-  
 logis denegatur, quod Laicis scilicet  
 Parlamento licuit, III. quod nesciatur,  
 an in hoc negotio Facultas personam  
 judicis, vel executoris, vel duntaxat  
 Tabularii Bullam ad acta referentis,  
 vel eam approbantis agat, IV. quod  
 Rex Bullam statim, *pure & simpliciter*  
 recipi jubeat, cum tamen ipsemet Noail-  
 lius testetur, omnium consensu propo-  
 sitiones ibi damnatas esse obscuras, &  
 explicationes Roma nondum venisse,  
 V. quod Noaillius circa Constitutionem  
 nullum actum jurisdictionis exerceri in-  
 hibeat, & Rex exemptis vetet, ne in  
 hac occasione suis exemptionibus &  
 privilegiis contra jus quoad iudicium  
 in doctrina Episcopis competens utan-  
 tur;

*Hist. Eccles. Tom. LXVIII.*

Ss tur;

Sæc. XVIII. tur; proin Theologi omnes, utpote  
A. C. 1714. Noaillio subjecti ejus censuram sper-  
 nere non possint, nec ante illum suas  
 ferre sententias. Denique ita conclusit:  
*his stantibus non possum suscipere Pontifi-*  
*ciam Constitutionem nec eam habere ut Re-*  
*gulam doctrinæ nostræ, morum ac disciplinæ.*  
 Nec deerant ex Doctoibus alii adhuc  
 qui Noaillii mandato territi in hinc  
 comitiis sua ferre suffragia recusarent;  
 cum autem Syndicus hoc mandatum  
 Facultatem nullatenus respicere cre-  
 deret, sui officii duxit, ut Constitutio-  
 nis negotium Facultati proponeret, il-  
 ludque Doctorum deliberationi permit-  
 teret. Igitur Franciscus Huart Facul-  
 tatis Decanus desuper cum Magistris  
 deliberare cæpit, cum autem res ab-  
 solvi non posset, comitia ad diem ter-  
 tiam ejusdem Mensis indixit. Præfixa  
 die idem Syndicus retulit, quod ite-  
 rum a Rohanio Cardinale Decanus una-  
 cum sex senioribus fuisset accersitus,  
 eisque secundæ ad S. Facultatem Re-  
 gis literæ essent traditæ, quibus signifi-  
 catum, Regem percepisse, nonnullos  
 ex Magistris inchoatæ deliberationi  
 moras injecisse, ejus vero voluntatem  
 esse, ut sine cunctatione res absolvere-  
 tut. His dictis Syndicus subjunxit  
 „suarum partium esse, ut S. Faculta-  
 „tem moneret, I. semper summa cum  
 „ob.

„observantia, & sine ulla exceptione, Sæc. XVIII.  
 „nullave adjecta clausula, receptas A. C. 1714.  
 „fuisse a Sacra Facultate constitutiones  
 „summorum Pontificum, a Rege ad  
 „ipsam missas.,

II. „Præsentem constitutionem ab  
 „Episcopis magno numero, jussu Re-  
 „gio ad id speciatim congregatis, sum-  
 „ma veneratione & obsequio accepta-  
 „tam: tum subinde patentibus Regiis  
 „literis ad supremum Senatam Pari-  
 „siensem datis, ab eodem fuisse so-  
 „lemni decreto relatam in acta Curix.,

III. „Sacram Facultatem Corpus  
 „esse omnino liberum, Sedi Apostolicæ  
 „immediate subiectum, quod sub unius  
 „Christianissimi Regis auctoritate Co-  
 „mitia sua habeat, & functiones seu  
 „munia sua exercent.,

Postea Syndicus deliberationem con-  
 tinuari petiit, quæ cum denuo absolvi  
 non posset, Decanus comitia ad quin-  
 tam Martii diem prorogavit, qua die  
 Magister Legerus sermonem habuit ad  
 Decanum ceterosque Magistros hujus  
 tenoris:

*Venerabilis Decane, Patres  
 Sapientissimi.*

„Nescio quo fato sacer Theologo-  
 „rum Ordo, quem toties & tam felici  
 „exitu christianissimi Reges in rebus  
 „arduis

Sæc. XVIII. „arduis consultum habuere, eo ipso  
A. C. 1714 „tempore, quo rerum Theologicarum  
 „usu efflorescit maxime, eo despectus  
 „venerit, ut in controversiis fidei in  
 „ipsa Gallia excitatis nihil ab eo requi-  
 „ratur nisi obedientia. Quod si suam  
 „a sacra Facultate, ut moris erat, ju-  
 „dicium doctrinale repeteretur, illa  
 „non responsa dubia & ambigua re-  
 „deret, non novarum litium semina  
 „spargeret, sed & heterodoxis viam  
 „salutis, sublato omni offendiculo, osten-  
 „deret, & orthodoxis depulsa caligine  
 „antiquam fidem & priscos mores alle-  
 „reret, quemadmodum sæpe alias, sed  
 „præsertim temporibus Francisci Regis  
 „Christianissimi factum est, præclara  
 „illa Catholicæ Doctrinæ contra Lu-  
 „theranos declaratione, quam in hoc  
 „sacro cætu, non sine novo admiratio-  
 „nis & gratulationis sensu nuper au-  
 „divimus. „

„Verum impræsentiarum nihil vobis  
 „PP. S. S. præscribitur præter obse-  
 „quium. Cum ergo teste Apostolorum  
 „Principe, summa Religionis Deum  
 „timere sit, & Regem honorificare:  
 „Censeo Christianissimæ Majestati ob-  
 „temperandum: forsan simplici illo,  
 „ut par est, obsequio, Facultas tot  
 „liunde virtutibus decorata, digna hæ-  
 „bebitur, ad quam Rex Christianissi-  
 „mus,

„mus, si quod contentionis, quod Deus <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 „avertat, circa fidem emerferit, more A. C. 1714.  
 „decessorum & suo recurat. Itaque  
 „si ita vobis visum fuerit PP. SS. sit  
 „hæc vestra Conclusio: *Constitutio Cle-*  
*mentis undecimi Pontificis maximi, quæ*  
*incipit: UNIGENITUS, unacum duabus*  
*literis Regiis, commentariis inscribenda;*  
*dirigantur ad Augustissimam Majestatem*  
*duodecim seniores Magistri, qui obsequium*  
*semper paratum polliciti, novum in tuenda*  
*disciplina præsidium implorent.*

Absoluta hac deliberatione tres  
 Scrutatores collatis & numeratis Ma-  
 gistrorum suffragis compererunt, ex  
 centum viginti octo Magistris sexaginta  
 & octo unacum Doctore Humbeloto  
 censuisse, Constitutionem cum reve-  
 rentia esse acceptandam, sexdecim  
 unacum Magistro Legero pronuntiasse,  
 eam inferendam esse tabulis S. Facul-  
 tatis, tredecim vero cum Doctore Lam-  
 berto, obtemperandum Regi, & non de-  
 liberandum, ceteris in diversa abeunti-  
 bus, cum ergo potissimi in Constitutio-  
 nem ad acta referendam, proin etiam in  
 illius observantiam, Regique acceptatio-  
 nem urgenti obedientiam præstari con-  
 sensissent, de condenda Facultatis con-  
 clusione & decreto agebatur: tum vero  
 levis orta est altercatio circa tenorem  
 verborum, quibus præfatam conclusio-  
 nem

Sæc. XVIII. nem Decanus pronuntiaret, postquam  
A. C. 1714. vero a nonnullis Doctor Legerus ro-  
 gatus fuerat, ut quibus verbis eam  
 exprimendam esse censeret, hic una-  
 cum Magistro de La Rue his usus est  
 verbis. *Censet S. Facultas, Constitutio-*  
*nem esse suscipiendam cum summa Reveren-*  
*tia, & in commentariis S. Facultatis una-*  
*cum duabus Regiis literis inscribendam.*  
 Hac conclusione, ne uno quidem ex  
 Magistris refragante, approbata, Sacra  
 Facultas eam typis mandari curavit  
 sub hoc titulo: *Decretum S. Facultatis*  
*Theologicæ Parisiensis super Constitutione*  
*S. D. N. Papæ Clementis XI. lata adver-*  
*sus librum, cui titulus est Gallice: Le*  
*nouveau &c. quæ incipit: Unigenitus,*  
*recipienda & observanda.* Postmodum  
 Sacra Facultas iisdem inhærendo,  
 quæ acta & Decreta sunt in recipienda  
 altera Bulla ejusdem sanctissimi Pon-  
 tificis, quæ incipit, *vineam Domini Sa-*  
*baoth,* sic effata est.

I. „Constitutionem summi Pontifi-  
 „cis Clementis Papæ XI. quæ incipit:  
 „*Unigenitus Deus filius* summa cum re-  
 „verentia atque obsequio S. Facultas  
 „recepit & amplexa est. „

II. „Præfatam constitutionem iussit  
 „una cum literis Regiis suos in Com-  
 „mentarios referri. „

III.



III. „Omnibus & singulis Magistris, Sæc. XVIII.  
 „Doctoribus, Baccalaureis & Candi- A. C. 1714.  
 „tatis præcepit, ut pari etiam obsequio  
 „dictam Bullam seu Constitutionem co-  
 „lant, & observent; prohibuitque sub  
 „pœna ipso facto incurrenda exclu-  
 „sionis ab omni gradu, & spe Magisterii,  
 „ne quis scripto factoque definitis in  
 „dicta Bulla ullatenus adversetur.,

IV. Nominavit D. Decanum, & sex  
 „seniores cum D. Syndico, qui Sere-  
 „nissimo Principi Eminentissimo Car-  
 „dinali de Rohan actis gratiis ob singu-  
 „larem erga sacrum ordinem & Ma-  
 „gistros benevolentiam, ipsi renuntient,  
 „quid a Sacra Facultate hodierna die  
 „sancitum fuerit, rogentque ut pro ea,  
 „qua pollet, apud Regem Christianif-  
 „simum gratia, impetrare velit sacræ  
 „Facultati copiam per Sapientissimos  
 „Magistros, Decanum, sex seniores &  
 „Syndicum adeundi Regiam Majesta-  
 „tem, ad gratulandum ipsi perpetuam  
 „& constantem voluntatem de religio-  
 „ne & Ecclesia bene merendi, simul-  
 „que ad referendas amplissimas gra-  
 „tias ob missam ad sacrum Ordinem,  
 „quod magno ille ducit honori, Apo-  
 „stolicam Constitutionem.,

Die ergo decima quarta Martii De-  
 canus & sex seniores Magistri unacum  
 Syndico Versalias se contulerunt, ubi

Sæc. XVIII. a Cardinale Rohanio in secretis Regis  
A. C. 1714. cubiculum honorifice admissi Regem  
 salutarunt, eique amplissimas & hu-  
 milissimas gratias retulere, ob missam  
 ad sacrum ordinem singulari benigni-  
 tate recentem Clementis XI. constitu-  
 tionem. Deputatos summa cum humi-  
 nitate excepit Rex optimus, & audita  
 Deputatorum Antiquioris brevi ora-  
 tione, pro nativa sua gratia & Maje-  
 state reposuit: Mihi maxime grata &  
 accepta fuere, quæ ad recipiendam &  
 observandam constitutionem Facultas  
 decreverat, duxi mei esse officii  
 hanc a summo Pontifice postulare con-  
 stitutionem adversus librum, quem  
 Nos ipsi exitiosum esse modo assevera-  
 bamus, eamque directam volumus ad  
 Theologorum Parisiensium Ordinem,  
 quem plurimi semper feceram, & bene-  
 vola ac propensa voluntate prosequerem;  
 in facultate Parisiensi certam fi-  
 duciam semper habui, firma spe du-  
 ctus, fore, ut nunquam illa a pristino  
 suo erga religionem amore, & studio  
 deficeret; non dubito, quin Facul-  
 tatis decretum quantocius typis  
 mandetur, ac Juris publici fieret, cum  
 æquum sit & rationi maxime consenta-  
 neum, ea, quæ sunt optima, latissi-  
 me diffundi: cæterum moneo ac  
 jubeo, ut caute Facultas provideat,  
 ne

ne quid in scholis contingat, quod Sæc. XVIII.  
 debitam constitutioni Apostolicæ reve- A. C. 1714.  
 rentiam, vel minimum lædere aut dam-  
 natis in ea propositionibus favere pos-  
 sit, adeoque sedulo invigiletis omnibus  
 arcendis, propulsandisque opinionum  
 placitis, quæ Jansenianam redoleant  
 hæresin, religioni æque ac Regni tran-  
 quillitati adversam. Demum Rex Re-  
 giam opem & auctoritatem Facultati  
 pollicebatur, quam ea promptam semper  
 ac paratam, ubi adimplendi officii  
 ratio postulabit, expertura esset.

§. XXXVIII.

*Regis literæ ad eandem Facultatem.*

Quamvis Facultas unanimi consensu Acta 18<sup>o</sup>  
 decretum suum typis editum Regi decret.  
 tanquam publicum & solemne suæ in S. Facult.  
 Sedem Apostolicam, atque in Regiam pag. 77.  
 voluntatem reverentiæ & obedientiæ  
 monumentum exhibuerit, ac proin-  
 juxta ipsas Facultatis leges & usum  
 illud in rem judicatam transferit, ob-  
 strepere tamen postea audebant vi-  
 ginti octo Magistri, querentes, Decre-  
 tum hoc inconsulta Facultate fuisse  
 typis mandatum; eapropter postula-  
 runt, ut iterum Magistrorum suffragia  
 numerarentur, expenderenturque. Hu-  
 lotius insuper palam declarabat in

Ss 5

Fa-

Sæc. XVIII. Facultatis decreto perperam asseri, quod  
 A. C. 1714. ea Papæ Constitutionem acceptarit,  
 eo quod juxta Legeri sententiam, a potissimis approbatam duntaxat ejus & utriusque Regiæ epistolæ inscriptio decreta fuisset. Horum audaciam indignè ferens Rex, ex inquietis hinc Magistris præcipuos suscitati tumultus authores a comitiis Sacræ Facultatis excludi jussit, datis die decima Aprilis ad eandem hinc literis:

„Cum stupore intelleximus, non  
 „nullos ex Vobis immemores reveren-  
 „tiæ, quam debent corpori, cujus ipsi  
 „membra sunt, spretis legibus ac con-  
 „suetudinibus, ad quarum normam,  
 „sefe componere debebant, ad ausa  
 „progressos esse eo periculosiore, quod  
 „susplicari fas sit, rationes, quibus ad  
 „ea permoventur, eo majore ipsos cri-  
 „mine obstringere. Ausi sunt in publi-  
 „cis comitiis scriptum quoddam cum  
 „Syndico vestro non prius communi-  
 „catum, eoque renitente, & in præju-  
 „diciu oppositionis ejusdem, auctori-  
 „tate propria prælegere: Murmurarunt  
 „proxime elapsi a Vobis lati editionem  
 „a Nobis præceptam, & usibus vestris  
 „conformem: Non veriti sunt conclu-  
 „sionem Vestram, quamvis rite pro-  
 „nuntiatam, & Tabulis vestris inser-  
 „tam,

„tam, a Decano vestro subscriptam, a  
 „Nobis denique ipsis, dum sexto Idus Sæc. XVIII.  
 „ejusdem Mensis ea vobis perlecta fuif- A. C. 1714.  
 „set, confirmatam laceffere. Quod si  
 „vel minimo fundamento freti fuissent,  
 „poterant accusare tabulas: Patebat  
 „ipsis hæc via, & hæc sola secundum  
 „vestras leges in his rerum circum-  
 „stantiis erat permiffa, sed factionem,  
 „tumultumque prætulerunt, quorum  
 „cogitata sua ad exitum perducere se  
 „posse vane speraverunt. Cum igitur  
 „vestrarum legum & consuetudinum  
 „protector hujusmodi facinus impune  
 „dimittere neutiquam debemus, qua-  
 „propter has ad vos literas scribimus,  
 „ut vobis significemus nostram esse men-  
 „tem ut D. D. Garfon, Desmoulins,  
 „Courcier, Navarre, de Bragelone &  
 „Begon ad vestras deliberationes im-  
 „posterum non admittantur, donec ali-  
 „ter a Nobis statutum fuerit, sic enim  
 „fert voluntas nostra.,

Paulopost Habertus, Vitassus, Bi-  
 dalus, Bragelonius Sorbonæ Doctores  
 ex Regis mandato relegati sunt.

Jam antea Magister Hideux unus  
 ex Scrutatoribus in signum, quod Fa-  
 cultatis decreto firmiter inhæreret, pu-  
 blico scripto damnati libri approbatio-  
 nem a se factam revocavit, ac die ter-  
 tia Maij sequens testimonium edidit:

*Sub*

Sæc. XVIII. A. C. 1714. Sub beneplacito S. Facultatis approba-  
 ram olim Anno 1687. duos posteriores to-  
 mos operis Gallici, cui titulus: Abregé  
 de La Morale de l'Evangile: cum au-  
 tem videam opus istud improbari a SS. Papa,  
 ab Emin. Cardinali de Noailles Archie-  
 piscopo Parisiensi, & a S. Ordine, quibus  
 non parere nefas, revoco approbationem a  
 me datam: declaro insuper me prædicti ope-  
 ris, posterioribus annis maxime adaucti,  
 editionem nullam approbare, cujus rei testi-  
 monium erit vel ipsa dies approbationis in-  
 dicta, cujus revocationis & declarationis  
 actum peto. Pariter die primo Augusti  
 suam revocationem Facultati tradidit  
 Ellies Dupin Sacræ Facultatis Theo-  
 logicæ Doctor his verbis conceptam:  
 „Ego declaro in approbatione mea,  
 „data cum aliis e SS. MM. NN. die vi-  
 „gesima prima Februarii anni millesimi  
 „sexcentissimi octogesimi septimi, libro  
 „cui titulus tunc erat: *Moralis doctrina*  
 „*Evangelii*, & cui postea affixus est al-  
 „lius titulus: *Novum Testamentum*  
 „&c. duo tantum volumina hujusce  
 „editionis in actus Apostolorum & Epi-  
 „stolas S. Pauli approbasse, prout in  
 „hac editione habentur, multis adjectis  
 „in sequentibus, quas non probavi.  
 „Et quoniam liber ille nuper damnatus  
 „est a summo Pontifice, ab Episcopis  
 „Gallicanis, & nominatim ab Eminen-  
 „tissimo

„tissimo Cardinali de Noailles Archi- Sæc. XVIII.  
 „episcopo Parisiensi, qui & ipse appro- A. C. 1714.  
 „bationem a se huic libro datam revo-  
 „cavit, Mandato dato die 28. Septem-  
 „bris 1713. prædictam approbationem  
 „a me datam revoco, in cuius rei fi-  
 „dem subscripsi. Parisiis die prima  
 „Augusti &c.,

§. XXXIX.

*Summi Pontificis literæ ad Franciæ  
 Regem pro Episcopis ad Bullæ  
 acceptationem compellendis.*

Interim summus Pontifex de quorum-  
 dam Præsulum oppositione certior  
 factus, die octava Maij ad Ludovicum  
 Franciæ Regem has dedit literas:

„Pastoralem sollicitudinem, quam  
 „Univerfis Christi fidelibus ipsomet Do-  
 „mino jubente, debemus impendere,  
 „satis admodum gravat protracta ni-  
 „mis, vel potius denegata hætenus,  
 „Majestæ tua etiam indignante, a  
 „nonnullis in Gallia volentibus plus  
 „sapere, quam oportet, & amantibus  
 „magis docere, quam discere, Aposto-  
 „licæ Constitutioni, quam nuper edi-  
 „dimus, obedientia, cui quidem pe-  
 „nitus obtinendæ dum pro Apostolico  
 „munere nostro constanter insistimus,  
 „atque Authore atque auctore Deo ad  
 „ex-

Sæc. XVIII. „extremum usque infistere non cessabi-  
 A. C. 1714. „mus, maximum profecto dolori nostro  
 „levamen adesse experimur ex ardenti,  
 „ac vero Christianissimæ Majestatis tuæ  
 „Zelo, quo proscrip̃ta a nobis adverse  
 „doctrinæ capita ex universa ditio-  
 „tua eliminari satagis, jamque in con-  
 „tradictores, ac renitentes, inquietos,  
 „ac audacissimos homines juxta men-  
 „tem constitutionis ejusdem animad-  
 „vertere adgressus es, qua de re debi-  
 „tas primum Deo optimo maximo gra-  
 „tias egimus, quod eum florentissimo  
 „Regno Galliarum Regem dederit, qui  
 „Religionis studio, errorum odio, hæ-  
 „reticorum perpetua insectatione, in-  
 „violata definitionum apostolicarum  
 „custodia, ipsis etiam pastoribus Ec-  
 „clesiarum ferventioribus quidem exem-  
 „plo, omnibus incitamento, nonnullis  
 „vero (quod & nos ipsi dicendo eru-  
 „bescimus) pudori esse possit. Deinde  
 „Majestati tuæ meritas uberrimasque  
 „laudes rependendas, nostrique etiam  
 „grati animi significationes hisce liti-  
 „ris exhibendas duximus, quod quem-  
 „admodum pro eximio illo, quo flagras,  
 „Religionis ardore, prædictæ Apосто-  
 „licæ constitutionis expetendæ fru-  
 „diis, votisque tuis apud Nos agere  
 „non destitisti, ita nunc eidem debi-  
 „tæ executioni mandandæ prompto  
 „liben-



„libentique animo, cui utinam omnes Sæc. XVIII.  
 „æqua mente obsecundassent, adesse A. C. 1714.  
 „velis: simulque te paterne rogamus,  
 „& obsecramus in Domino, ut suscepto  
 „salutari adeoque necessario operi pror-  
 „sus implendo nobiscum strenue, ac  
 „fortiter adlaborare non graveris; non  
 „enim nostra, sed Dei, sed fidei causa  
 „agitur, & Catholicæ Ecclesiarum  
 „unitatis, quæ non nisi sub uno in terris  
 „capite poterit unquam indivisa con-  
 „sistere, quinimo & tuum, carissime  
 „Fili noster, & amplissimi Regni tui  
 „fidenter dicimus - - negotium geri-  
 „tur, cui dum pro tuenda Religionis  
 „unitate consulitur, supernum Divinæ  
 „potentiæ præsidium quæritur, omnis-  
 „que salus, Pax, atque tranquillitas  
 „comparatur. Satis diu patientes fui-  
 „mus, siluimus, expectavimus, plora-  
 „vimus coram Domino; sed cum pa-  
 „rum nobis esse sciamus mala Ecclesiæ  
 „deplorare nisi & pro viribus emen-  
 „dare studeamus, ne aliquando neglecti  
 „muneris nostri in districtione superni  
 „judicis arguamur, Religionis dissidia,  
 „contentionum incrementa, episcopo-  
 „rum scissuras, scriptionum petulan-  
 „tiam, Ecclesiarum scandala, quod-  
 „que deterius est, interim disseminari  
 „errores, debitam Apostolicæ Sedi re-  
 „verentiam & obedientiam sub emen-  
 „tito

Sæc. XVIII. „tito inanis obsequii nomine denegari,  
 A. C. 1714 „oves a Pastoribus turpiter decipi, &  
 „ab ovili Christi in devia sensim ad-  
 „duci, ulterius pati nec possumus,  
 „nec debemus. „

„Charitas Christi urget nos; oves  
 „enim nostræ sunt, quas in Gallis,  
 „sicut & in aliis quibuslibet mundi  
 „partibus pascendas suscepimus, que-  
 „rum propterea salus non sine nostro e-  
 „tiam periculo periclitatur. Accepe-  
 „rant alii sibi assignatos greges, sin-  
 „guli singulos: nobis universi crediti  
 „sunt, ita ut a grege Christi se alie-  
 „num faciat, quisquis curæ nostræ sub-  
 „trahere se tentat. Cum itaque in-  
 „gruenti, crescentique in dies morbo  
 „validiora quæque remedia, quæ huc-  
 „usque meliora frustra sperantes distu-  
 „limus, protrahere diutius non posse  
 „videamus, jamque contra inobedien-  
 „tes, & contumaces, quicumque porro  
 „illi fuerint, secundum traditam nobis  
 „a Domino potestatem omnino proce-  
 „dere parati simus, quemadmodum a  
 „venerabili Fratre Cornelio Archiepi-  
 „scopo Carthaginensi nuntio apud te  
 „nostro Majestas tua uberius intelliget;  
 „ideo in nomine Domini, cujus vices  
 „in terris licet immeriti sustinemus,  
 „regalis brachii tui auxilium instanter  
 „petimus, & impensius imploramus,  
 „cujus

Sæc. XVIII.

A. C. 1714.

„cujus ope futurum plane confidimus,  
 „ut taceant aliquando rixarum, & no-  
 „vitatum amatores, & muta fiant la-  
 „bia dolosa, veritati satis apertæ non  
 „aquietum, & quasi in nocte, sic  
 „in meridie palpantium, seu potius  
 „nolentium intelligere, ut bene agant.  
 „Atque ita rejectis demum pravis no-  
 „varum semper doctrinarum adinven-  
 „tionibus, Christianæque pacis unitate  
 „composita, quod unice in votis ha-  
 „buimus, ac tanto labore edita confi-  
 „tutione procuravimus, Dei primum  
 „opitulante gratia, & regali postmo-  
 „dum assistente patrocinio, conseque-  
 „mur. Nosque insuper, ut olim san-  
 „ctissimus celeberrimo Imperatori præ-  
 „decessor noster agebat, Majestati tuæ  
 „libentius gratulabimur, quod amplius  
 „pro fidei Catholicæ defensione, atque  
 „Ecclesiarum Pace, quam pro ipsa  
 „terrarum tibi subditarum securitate  
 „solicitus, integram, immaculatam-  
 „que eam pravorum degmatum depulso  
 „errore, custodiens, Regnum tuum  
 „sanctæ Religionis observantia com-  
 „munitum tanta hæcenus gloria, ac  
 „felicitate administraveris, ut in po-  
 „sterum a Deo, per quem reges re-  
 „gnant, polliceri tibi merito possis fir-  
 „mius, atque diutius duraturum.  
 „Quod quidem dum tibi totis pater-  
 „Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Tt „næ

Sæc. XVIII „næ nostræ Charitatis visceribus in  
 A. C. 1714 „ejusdem orthodoxæ Religionis bo-  
 „num enixius apprecamur, Apostoli-  
 „cam Majestati tuæ benedictionem a-  
 „mantissime impertimur.,

## §. XL.

*Quorundam Episcoporum opposi-  
 tium Instructiones a S. Congrega-  
 tione damnatæ.*

*Lafiteau  
 Hist. de la  
 Const. t. I.  
 part. 2.*

Postquam Pontificis Constitutio una-  
 cum Pastoralis instructione ad ab-  
 sentes Episcopos delata fuerat, ex his  
 plusquam septuaginta duo Præsules  
 sese illis quadraginta adjunxere, atque  
 acceptationis formulæ ad eos transmis-  
 sæ subscripserunt: Apamiensis vero,  
 Mirapicensis, Monpessulanus, Attre-  
 batensis, Trecoriensis & Engolismensis  
 suo silentio testatum reddebant, quod  
 octo palam reclamantibus Episcopis po-  
 tius accederent: Edidit quoque Hen-  
 ricus de Cambout Metensis Episcopus  
 die vigesima Junii suam Instructionem  
 pastorem, qua tamen Constitutionis  
 Pontificiæ acceptationem restringebat  
 unice ad illos sensus, quos ipse ibidem  
 explicabat: proin exceptis hisce septem  
 Episcopis mentem suam non exprimer-  
 tibus, & aliis octo sese palam oppo-  
 nentibus ceteri omnes Franciæ Episcopi

pure & simpliciter ad vota Parisini con- Sæc. XVIII.  
ventus hanc Constitutionem accepta- A. C. 1714.  
runt: Quoniam vero Rex suis literis  
die decima quarta Februarii præceperat, ut præfata Constitutio ubique & uniformiter ad mentem Gallicani conventus in universo Regno reciperetur, & Metensis Episcopus novam acceptandi formulam invehere, ac Novatores Constitutionis vim enervare, errorumque proscriptionem eludere viderentur, eapropter Rex die quinta Julii hujus Episcopi Instructionem tanquam Regio mandato, & præscriptæ Constitutionis Acceptationi contrariam, & Gallicano conventui injuriam supprimi ac revocari præcepit, hujus tamen edicti severitatem mitigare promisit.

Jam antea vero Turonensis Archiepiscopus, die decima quinta Februarii & Cardinalis Noaillius suas ediderunt Instructiones Pastorales, in quibus tamen tam immoderata vehementia in Papam, Regem & Episcopos acceptantes insurrexere, ut non modo Regis sed etiam Pontificis indignationem in se concitarent, & eorum instructiones Romæ palam damnarentur, ac Pontificis jussu S. Congregatio Cardinalium S. Inquisitionis die vigesima sexta Martii sequens promulgaret edictum.

Sæc. XVIII.

A. C. 1714

„Auditis plurium Theologorum ad  
 „hoc specialiter deputatorum Censuris  
 „iisque relatis sanctissimo Domino no-  
 „stro Clementi Papæ XI. unacum eo-  
 „rumdem Eminentissimorum votis, de  
 „Mandato Sanctitatis suæ præsentis De-  
 „creto prohibet, & damnat infra scripta  
 „Folia Gallico idiomate nuper edita.

„Unum scilicet sub titulo: *Epistola*  
*Pastoralis & mandatum Eminentissimi Car-*  
*dinalis Noailii Parisiensis Archiepiscopi*  
 „&c. tanquam, ut minimum, captio-  
 „sum, scandalosum, temerarium, sanctæ  
 „Sedi Apostolicæ injuriosum, ac re-  
 „dolens schisma, & in illud inducens.

„Alterum vero sub titulo: *Manda-*  
*tum Archiepiscopi Turonensis &c.* tan-  
 „quam captiosum, scandalosum, teme-  
 „rarium, & sanctæ Sedi Apostolicæ in-  
 „juriosum, hæc itaque folia sic prohi-  
 „bita, & damnata per idem Decretum  
 „eadem sacra Congregatio, de Man-  
 „dato, ut supra, vetat, ne quis cujus-  
 „cunque sit status & conditionis, quo-  
 „cunque loco, idiomate & versione im-  
 „pressa, vel imprimenda audeat, ullo  
 „modo, & sub quocunque prætextu  
 „iterum imprimere, vel imprimi facere,  
 „neque impressa apud se retinere, &  
 „locorum, aut hæreticæ pravitate le-  
 „quisitoribus statim, & cum effectu  
 „tra

„tradere & consignare teneatur sub pœ- Sæc. XVIII.  
 „nis in indice librorum prohibitorum A. C. 1714.  
 „contentis. „

Eadem quoque S. Congregatio die  
 secunda Maij Catalaunensis Episcopi  
 Instructionem declaravit velut erro-  
 neam, & hæresi proximam. Ceterum  
 inter opposcentes Episcopos Boloniensis,  
 quamvis Constitutionem non acceptas-  
 set, in sua tamen instructione mirum  
 extirpandi Jansenismi Zelum præsetulit,  
 Bajonensis quoque omnes Episcopos  
 eodem Zelo, quo Jansenii doctrinam,  
 cunctaque scripta ad innovandos ejus  
 errores edita damnarunt, etiam Ques-  
 neli reflexiones proscribere, haud cun-  
 ctatos fuisse, in sua Instructione asse-  
 ruit, & Catalaunensis ac Macloviensis  
 eundem librum, eoquod erroribus jam  
 proscriptis faveret, atque Ecclesiæ de-  
 cisionibus adversaretur, damnarunt.  
 Denique Virodunensis, se plura, præ-  
 cipue circa quinque Jansenii proposi-  
 tiones ad populum in errores inducen-  
 dum tendentia, in hoc libro reperiisse  
 testatus est, quinimo in quodam scripto  
 post ejus obitum reperto declarabat,  
 quod ex Cl. Propositionibus deprehen-  
 derit sexaginta tres aut perversas, vel  
 suspectas, vel periculosas, aut in Bajo  
 damnatas. Ex his elucet, quod ex  
 octo Episcopis opposcentibus, qui suam  
 Tt 3 fen-

Sæc. XVIII. A. C. 1714. sententiam circa Quesnelli librum pronuntiarunt, nec unicus fuerit, qui hunc librum tanquam erroribus scatentem non damnasset, ejusque lectionem suis fidelibus non interdixisset, proinde tacite approbarunt, ea, quæ ceteri Præsules in suo Conventu pro condemnatione hujus libri decreverunt, eorum ergo repugnantia unice eo collata videtur, ut, prout die duodecima Januarii condixerant, quicquid in Constitutionis favorem ibidem ageretur, sese opponerent.

## §. XLII.

*Pontificis indignatio contra octo Episcopos opposcentes.*

*Avertiss. au  
Mem. I.  
Lafiteau l. c.  
Tomoignage  
de l'Univer-  
sité de  
Paris.*

Quo ardentius Pontifex, Franciæ Rex, Regniq̄ue Præsules, imo & præcipua Parlamenta ad Parisiensis imitationem Pontificiæ Constitutionis acceptionem urgebant, eo magis impotentibus furiis Quesnellistæ cuncta in ejus favorem gesta convitiis, calumniis & mendaciis inficere certabant: Præ ceteris Quesnellus, cum jam antea priori, edita explicatione apologetica acerbissimas querelas in publicam lucem effuderat, caussatus, se a Pontifice non esse auditum, atque animi sui interiora perperam a Curia Romana judi-



judicari, hoc etiam anno ad Parisinum Sæc. XVIII.  
 Episcoporum conventum datis literis A. C. 1714.  
 denuo petiit, ut audiretur, & ejus in-  
 nocentia contra Pontificis sententiam  
 defenderetur. Ad Magistri exemplum  
 Discipuli universum orbem famosis li-  
 bellis, contra Papæ Constitutionem,  
 ejusque acceptationem inundarunt,  
 utque unanimi consensu a Sorbona eam  
 fuisse receptam, negare possent, quam-  
 plurimas confinxere literas, quibus  
 plurimos Doctores contra hanc accep-  
 tationem, ejusque decretum recla-  
 massæ asserebant. Quoniam vero ho-  
 rum temeritas ex octo illorum oppo-  
 nentium Episcoporum patrocinio auge-  
 retur, hinc Pontifex securim ad radi-  
 cem ponere statuit, & Bentivoglio suo  
 in Franciæ Aula Nuntio Apostolico per-  
 scripsit, ut Regem eo inclinaret, qua-  
 tenus ad horum opponentium pertina-  
 ciam, vi reprimendam auxiliatrices præ-  
 staret manus, eo quod patientia nimium  
 fatigata in auctoritatis contemptum de-  
 generet, auctoritatis autem vilipensio  
 obstinatos ad excutiendum jugum indu-  
 cat, proin Regia sua Majestas Noail-  
 lium utpote S. Collegii membrum Ro-  
 mam ad Papæ tribunal evocari annuat,  
 & Parlamentum Parisiense, quod Con-  
 stitutionem nuper limitare præsumpsis-  
 set, ad ultroneam hujus injuriæ repa-  
 ratio-

Sæc. XVIII. rationem compellat: Hoc Pontificis  
 A.C. 1714 consilium, quamprimum ad Noaillii  
 aures pervenerat, is quantocius se Con-  
 stitutionem acceptaturum promisit,  
 dummodo arcani fides, & temporis  
 opportunitas concederetur: Utrumque  
 Rex Cardinali indulfit, eique bimestre,  
 intra quod pro acceptatione novam  
 conficeret instructionem, præfixit, &  
 etiam Rohanius Cardinalis manifesta-  
 bat Nuntio, qui tamen ejusmodi effu-  
 giis ab opponentibus studiose ad de-  
 clinandam castigationem quæri repon-  
 nebat: nec vanus erat illius timor;  
 primo enim Noaillius nec Judicem nec  
 Censorem, qui ejus instructionem re-  
 viderent, admittere voluit, postea non  
 alios, quam qui Parisino conventui  
 non intererant, & Rege urgente, ut  
 suam lucubrationem Conventus nuperi  
 Commissariis communicaret, hos tan-  
 quam suspectos rejecit. Tandem die  
 vigesima Junii Cardinales Estræus &  
 Polignacus, Atrebatensis & Montal-  
 banensis Episcopi, quos Noaillius tan-  
 quam revisores admiserat, primam ha-  
 buere Sessionem, in qua duntaxat de  
 Instructionis doctrina conferebatur, circa  
 quam Noaillius a præfatis Præsulibus  
 judicium suum pronuntiarum petiit, prius-  
 quam ad ulteriora procederetur. Ve-  
 rum hi revisores reponebant, quod  
 circa

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

circa tanti momenti dogmata, quæ nonnisi lectione, & ea quidem rapidissima percepissent, iudicium suum præcipitare nollent, aliunde vero necesse foret, ut prius scirent, qualis præfatio, qualisque in calce Instructionis acceptationis formula esset adjuncta: probe enim hi Præfules prospiciebant, quod Noaillius ideo utrumque communicare cunctatus sit, ut obtenta eorum approbatione circa doctrinam, ipse ceterique Opponentibus publicare possent, se cum Acceptantibus circa fidei substantiam convenire, etsi ab eis circa Constitutionem discordarent, proin sine fidei discrimine Bullam non recipere possent. Equidem Estræus & Polignacus Noaillii voto annuere parati erant, ambo tamen Episcopi fortiter obstiterunt, & quamvis Noaillius, nisi prius doctrinæ articuli ad examen vocarentur, colloquium dissolvere minaretur, hi tamen responderunt, satius esse colloquio finem imponere, quam falsa pace aperto etiam bello magis perniciose rem absolvere. Postquam vero Polignacus eis promiserat, Noaillium eadem adhuc die, qua ipsi suum iudicium de doctrina tulerint suæ instructionis præambulum, & epilogum eis traditurum, cesserunt Episcopi, restitit autem Noaillius, asserens, quod utrumque non eis, sed soli

T t 5

Po-

Sæc. XVIII. Polignaco & quidem arte occlusum  
 A. C. 1714. velut in depositum tradere paratus  
 esset: Nec circa hoc difficiles se præ-  
 buerunt ambo hi Revisores, hanc ta-  
 men conventionem scriptotenus sibi tradi  
 petentes, suum iudicium de Doctrina a  
 Noaillio exposita cæteris Revisoribus  
 exhibuerunt in quadam charta, cui ti-  
 tulus: *Observationes generales in ea, quæ  
 circa typum Noailliance Instructionis nobis  
 communicata sunt.* Præprimis ergo ob-  
 servarunt, quod Noaillius, uti ipsemet  
 questus erat, de fide suspectus fuisset  
 habitus, id inde ortum traxisset, quod  
 Bullam acceptare & Quesnelli librum  
 & propositiones damnare recusasset, ad  
 reparandum ergo ejus honorem nil  
 aptius sit, quam præprimis Constitu-  
 tioni pure & simpliciter subscribere,  
 hunc librum & damnatos errores Cl.  
 Propositionibus attribuere, ni id fece-  
 rit, ejus fidei professio inutilis foret,  
 cum omnibus hæreticis præcipue Jan-  
 senistis familiare sit, falsis suæ mentis  
 expressionibus submissionem erga Ec-  
 clesiæ decisiones eludere, aliunde vero  
 hæc instructio innitatur Noailli instre-  
 ctioni die vigesima quinta Februarii e-  
 ditæ, cujus tamen principia ad Janse-  
 nismum & Quesnelli librum toleran-  
 dum tenderent, eapropter Noailli in-  
 structionem haud admittendam cen-  
 bant.

bant, postea exhibuerunt observationes Sæc. XVIII.  
 suas particulares, quibus carpebant. A. C. 1714.

I. Quod Noaillius unius Scholæ opi-  
 niones adeo extollat, ut oppositam  
 Scholam damnare, proin hujus opinio-  
 nes in Ecclesia toleratos damnare vi-  
 deatur. II. Quod non errores per Bul-  
 lam damnatos, sed alios, de quibus  
 nulla esset quæstio, damnet. III. Quod  
 non ipsas Propositiones, sed duntaxat  
 earum abusum fuisse damnatum, in-  
 dicet: sicque eas a censuris vindicare,  
 eisque alienos sensus affingere nitatur.  
 IV. Quod tam artificiose, tamque am-  
 bigue circa Jansenii propositiones loqua-  
 tur, ut quilibet Jansenista, quin suum  
 errorem deponat, ejus verbis uti posset.  
 V. Nunquam de libro Reflexionum &  
 de Propositionibus quatenus ex eo sunt  
 extractæ, mentionem faciat. VI. Quod  
 nullo verbo indicet, seipsum acceptare  
 Constitutionem, nec offensionem, quam  
 summo Pontifici, & Parisino Conventui  
 per nuperam suam Instructionem intu-  
 lisset, reparare satagat. Reprobata igitur  
 hac nova Instructione Revisores in-  
 super ex præambulo & epilogo sibi  
 communicatis luculenter deprehende-  
 runt, quod Noaillius librum & Propo-  
 sitiones a censuris vindicaturus, nullum  
 errorem eis adscribat, & nonnisi alie-  
 nos substituat: eapropter, quod in hac  
 instru-

Sæc. XVIII. instructione forent plurima aut omnino  
A. C. 1714. delenda aut corrigenda, declararunt,  
 & pro genuina acceptatione præscripserunt. I. Ut quis hunc librum esse hæreticum, II. Propositiones inde extractas esse juste proscripserunt, nullamque, cui non aliqua ex censuris in Bulla contentis aptari debeat, reperiri profiteatur, III. ut, antequam ad qualemcunque explicationem deveniatur, acceptatio fieret. IV. Ut ejusmodi explicatio non adderetur, ad determinandum Constitutionis sensum, perinde ac si obscura & ambigua sine certo sensu foret, sed explicatio duntaxat ad fideles a falsis interpretationibus præmuniendos fieret: hæc autem cum in Noaillii instructione desiderarentur, pronuntiarunt Revisores, quod ea adeo non Ecclesiæ, sacræque Sedi satisfaciat, ut potius illius anathema sibi accersat. Rogabat & instabat Polignacus, ut Noaillius ea, quæ a Revisoribus mutanda proponebantur, mutare velit: id quidem hic promisit, sed duntaxat alia minime notata correxit, & Quesnello non nisi ex ignorantia vel inadvertentia quædam censuris digna excidisse, aiebat, seque *Constitutionem duntaxat juxta explicationem prius factam, quæ eam intelligibilem redderet & conformiter ad Instructionem acceptare pronuntiabat,* simul-

simulque vetabat, ne aliter de hac Sæc. XVIII.  
 Bulla *quam conformiter ad dictam instru-* A. C. 1714.  
*ctionem differatur.* Enimvero Noaillius  
 tam Polignaco, quam Episcopis Revi-  
 soribus suam instructionem aliquatenus  
 mutatam tradiderat, cum autem hi se  
 ludificari cernerent, palam declararunt,  
 quod ultra convenire nollent, nisi Noail-  
 lius prius ad eorum observationes ac-  
 curatum dedisset responsum. Hæc Car-  
 dinalis pertinacia summopere offende-  
 rat Regem, qui tamen pressa adhuc in-  
 dignatione sua a Noaillio petiit, ut e-  
 mendatam conficeret instructionem;  
 hanc in rem plura in Voisinii Cancel-  
 larii ædibus habebantur colloquia, quæ  
 tamen brevi dissolvebantur, eoquod  
 Noaillii instructionem nonnisi ad limi-  
 tandam Constitutionem instructam esse,  
 Revisores cognoscerent. Tum vero  
 Rex iræ impotens, Noaillio significari  
 iussit, integram instructionem, ut Ro-  
 mam mitti, & ejus approbatio a Papa  
 expectari posset, Regi traderet; præ-  
 fixit ad hoc certam diem, qua elapsa,  
 si Cardinalis secus faxit, acriora re-  
 media adhibenda sciret: Vix non ex-  
 spirabat præstitutum tempus, & Noail-  
 lius nunc valetudinem, nunc suorum  
 adhærentium assensum obtendebat,  
 ampliusque temporis spatium pro eli-  
 manda sua instructione petebat. Hæc  
 cun-

Sæc. XVIII. cunctatio ingentem irarum molem ex  
A. C. 1714. alto Regis animo ciebat, unde Rex in  
acerbas erumpens minas, diem trigesimam Octobris Noaillio præstituit. Haud parum territus Cardinalis, præsentibus Polignaco & Voisinio suam instructionem ita correxit, ut Pontifici & Regi satisfactum crederetur: Ast Noaillius eidem Polignaco longe aliud scriptum, in quo correctiones erant omissæ, Regi exhibendum clam tradidit: Ut ergo Regem ob hanc fraudem iracundia effervescentem placarent Cardinalis amici, eidem suggererunt, quod hoc ipsum scriptum a Rohanio tanquam orthodoxum fuerit agnitum: *Enimvero, reposuit Rohanius, illud esse Catholicum declaravi, subijunctamen, in eo deesse omnia, quæ in præsentium vicissitudine ad stabiliendam fidem necessaria sunt; desiderari enim adhuc, ut Noaillius in sua instructione libro 8<sup>o</sup> propositionibus attribuat errores a Papa damnatos.* Tandem tam pertinaci repugnantia commotus Rex, Noaillum ad Pontificem Romam mittere decrevit, a quo tamen consilio a Cardinale Rohanio absterritus est.

§. XLII.

*Pontificis epistola ad Rohanium  
Cardinalem.*

Jam



Jam dudum summo Pontifici suggestum erat, quod Rohanius Cardinalis intempestiva sua moderatione & clementia Noailii pertinaciam fulcire videretur; eapropter Pontifex ad eundem die vigesima prima Augusti hæc perscripsit: „Conscii equidem probe sumus, & quem ea in re palam ostendis, „Zelum non modo gratum, acceptumque „summopere habemus, verum etiam effusis in Domino laudibus commendamus. Nolumus tamen nimium lucrificiendi Fratres desiderium causam fieri „eos amittendi, quandoquidem immoderata lenitate ac indulgentia pertinaciam confirmari, imo etiam augeri „potius, quam diminui experientia testis comprobavit. Cum igitur palam „toties fecerimus, fixam deliberationem nostram, quam assidui conscientiae stimuli indies magis roborant, nec „amplius, nec diutius enormem hanc contumaciam ferendi: cumque Divinae providentiae beneficio in Gallia „concessus sit, & conservetur Rex optimus, qui non sine immortalis nominis „sui gloria, ubi de Religionis integritate vel unitate Ecclesiae tuenda agitur, non tam Regiam auctoritatem „quam Regium etiam honorem libentissime interponit, consentaneum omnino ducimus, ut gravissimo huic negotio

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

*Epist. Clem.*  
*XI. p. 2004.*

Sæc. XVIII. „gotio finis aliquando imponatur, iis ad-  
 A. C. 1714. „hibitis Canonicis remediis, quæ a no-  
 „bis negligi, vel longius protrahi Apo-  
 „stolici Ministerii nostri ratio nequaquam  
 „patitur, quæque impune contemptum  
 „iri non credimus, ubi Regalis brachii  
 „ope atque præsidio, quod iteratæ Ma-  
 „jestatis suæ declarationes omnino Nos  
 „sperare jubent, communiantur. Age  
 „itaque dilecte Fili, cæptis constanter  
 „insiste, æquissimi voti nostri imple-  
 „mentum, ut facis, strenue promovere  
 „perge, illorumque consortio Te adju-  
 „gere omnino cave, qui recta, ut  
 „opinamur, mente, sed noxio nimium  
 „affectu, Nobisque prorsus invidis ac  
 „improbantibus, aliorum, quos sequi  
 „minime deberent, sensibus obsecun-  
 „dando, rem procrastinare, ac de die  
 „in diem ducere student. „

Cum autem Noailii Cardinalis fau-  
 tores in Aula Parisiensi palam dissemi-  
 narent, quod ex certis testimoniis com-  
 pertum haberent, Pontificem in Con-  
 stitutionis negotio ab ejusdem Cardi-  
 nalis mente non admodum alienum,  
 imo & rem cum eo componendi cupi-  
 dissimum esse, eos quoque cum Viris  
 Pontifici familiaribus & mentis Ponti-  
 ficæ probe consciis literarium habere  
 commercium, hinc Papa die nona Octo-  
 bris Bentivoglium Nuntium suum datis  
 literis

literis admonuit, id esse subdolum re-  
 fractariorum commentum, proin ipse  
 ejus falsitatem omnibus notam face-  
 ret, firmiterque sibi persuasum haberet,  
 Clementem nunquam aliter sentire, aut  
 sentiisse, quam in sua Constitutione  
 mentem suam exposuisset: eapropter  
 Nuntio præcepit, ut si a Refractariis  
 nomina detegerentur eorum, a quibus  
 præfatam notitiam accepisse jactarunt,  
 illa protinus Sanctitati suæ significet.

Sæc. XVIII.

A. C. 1714.

§. XLIII.

*Pax Rastadiensis, & Badensis.*

Fervente in Galliis bello Ecclesiastico  
 Rastadii in Germania serio agebatur  
 de stabilienda firma pace Franciam in-  
 ter & Imperium: Jam anno priori Eu-  
 genius Princeps & Villarius Marchio  
 Rastadii convenerant: Habebantur  
 creberrimæ consultationes, Villarius  
 tamen Regis sui nomine tam duras of-  
 ferebat condiciones, ut Eugenius jam  
 inde fuisset recessurus, nisi Villarius  
 æquiora a suo Rege expectari posse pol-  
 licitus esset. Proposuit Eugenius de-  
 nuo novas futuræ pacis leges, quibus  
 tamen rejectis post acres disceptatio-  
 nes, mutuasque contradictiones Euge-  
 nius die secunda Februarii Rastadio  
 Ludoviburgum ad Principem Wirten-  
 literis

*Hist. Eccles. Tom. LXVIII.*

Uu ber-

**Sæc. XVII.** bergensem abiit, ibidem responsum ad  
A. C. 1714. transmissos pacis articulos a Galliarum Rege expectaturus. Advenerat ejusdem Mensis die vigesima octava Condatus Marchio Parisiis reversus, qui Principi Eugenio significabat, Regem suum adeo pacis cupidum esse, ut hoc negotium pene confectum videretur, paucaque restarent, quæ tamen in biduano colloquio facile componi possent. Continuatis igitur aliquot dierum consultationibus tandem die sexta Martii præliminares, ut vocant, articuli Rastadii fuere conclusi, qui sequenti die a Cæsareis, sexta autem Aprilis a Gallis subscripti fuere: ut vero hæc pax publica esset, solemnior congressus Badenæ in Ergovia habendus decernebatur. Huic initium datur die quinta Junii: excitatur omnium, quorum intererat, res suas procurandi sollicitudo; Bavarus æque ac Colonienfis Electores suam urgent restitutionem, Palatinus superiorem Palatinatum, & Chamensem Comitatum amittere veritus, jacturam reparari sollicitat, quisque damna præcavere, jura stabilire, parta conservare satagit: Pontifex quoque de rei Catholicæ dispendio non minus quam augmento sollicitus, jam die vigesima nona Maij, Ludovicum Regem, & secunda Junii Carolum

lum Imperatorem, & vigesima nona Sæc. XVIII.  
 Augusti Eugenium Principem rogabat, A. C. 1714.  
 ut orthodoxæ fidei rationes suis in hoc  
 conventu Administris impense com-  
 mendent, eisque injungant, ut Eccle-  
 siarum omnium ad Catholicos perti-  
 nentium jura defendant, bonaque Mo-  
 nasterio S. Galli ab Helvetis erepta re-  
 stitui strenue adlaborent: ad eosdem  
 quoque Principes & Palatinum Electro-  
 rem die decima quarta Julii literas de-  
 dit, exponens, quod Berolinensis Cu-  
 ria die vigesima prima Aprilis decre-  
 tum ediderit, vi cujus omnes Eccle-  
 siastici enixis officiis agere jubentur,  
 ut articuli in pace Rysvicensi & Ra-  
 stadiensi in favorem Catholicæ Religio-  
 nis firmati aboleantur: Pontifex igitur  
 hoc decretum annullari, ea vero,  
 quæ in hisce tractatibus pro eadem re-  
 ligione constituta fuerunt, in Badensi  
 Conventu rata haberi petiit, suo in-  
 super Nuntio Dominico Passioneo in-  
 junxit, ut Templum a Calvinistis Ba-  
 denæ recens apertum obstrui, & quar-  
 tum Rysvicensis pacis articulum con-  
 servari curet. Die autem septima Se-  
 ptembris tandem pax utrinque con-  
 clusa & trigesima Octobris in Imperii  
 comitiis rata habita est, vi cujus statu-  
 tum, ut omnia restituantur secundum  
 pacem Rysvicensem, nisi aliter hic de-  
 U u 2 cre-

Sæc. XVIII. cretum sit, & primo quidem Domui  
 A.C. 1714. Austriacæ vetus Brisaccum, Fribur-  
 gum, Brisgoja, Sylva nigra (salvo jure  
 Diæcesis Constantiensis) Kehlense mu-  
 nimentum cum libera per Rhenum na-  
 vigatione & Belgium, Tornacum, Me-  
 nina, Ipris, Düxmüda, Furnæ, Lucke,  
 Russelans, Popperinga, Warneton red-  
 dantur &c. in Italia Regnum Neapoli-  
 tanum, Mediolanum, Sardinia, Portus  
 Hetruscus uti hæctenus Carolus II. posse-  
 derat, cedantur. Galliarum Rex obtineat  
 Landaviam, sed omnia recens erecta pro-  
 pugnacula ad Rhenum demoliatur, Im-  
 perii statibus ablata & ea pace restituenda  
 restituat, collatam Hannoverano Ele-  
 ctorem dignitatem agnoscat. Electo-  
 res Colonienfis & Bavarus petita a Cæ-  
 sare feudorum innovatione plene resti-  
 tuantur, vicissim vero Bavarus resti-  
 tuat Belgium, & si suas Regiones per-  
 mutare velit, non obstet Rex Franciæ:  
 ab eodem in locis cessis constituti Ec-  
 clesiastici permaneant, ibidemque sem-  
 per religio Catholica conservetur, &  
 in Senatu soli Catholici sint, bonaque  
 Ecclesiastica restituantur, & Beneficia  
 iis maneant, qui durante bello eadem  
 Canonice obtinuerunt. Denique Gel-  
 dria, salva religione Catholica, Bo-  
 ruffo, & Hünninga Domui Badensi ce-  
 datur. Hunc vero articulum quoad  
 reli

religionem a Boruffo fervatum non fuiſſe, Pontifex die undecima Auguſti apud Cæſarem & Franciæ Regem vehementer querebatur. Adverſus hoſce articulos reclamabat Papæ Nuntius, multique Principes, præcipue vero Proteſtantes, fruſtra petentes, ut Riviſiſis pacis clauſula aboleretur, e contra vero Pontifex gratum animum erga Cæſarem & Ludovicum Regem die vigefima nona Septembris ſuis literis profitebatur, quod eorum opera & præſidio eadem hæc clauſula intacta, atque inviolata permanferit.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

## §. XLIV.

*Casparis Carpegnæ Cardinalis  
obitus.*

Mortis invidia hoc anno Sacro Purpuratorum Collegio erepti ſunt quatuor Cardinales: ex his prior erat Caspar Carpegna ſeu Carpineus patria Romanus, qui generis ſui nobilitatem meritorum ſplendore illuſtriorẽ reddidit; quippe ſub Parentum disciplina pie ac liberaliter inſtitutus, in omnibus humanis, ſacrisque ſtudiis adolevit, & non raro eximia profundæ uberimæque eruditionis ſpecimina edidit; quapropter ab Innocentio X. Signaturæ, ab Alexandro VII. Rotæ Romanæ Auditor,

Guarnac.

Vit. Pontif.

t. I. p. 19.

Uu 3

ditor,

Sæc. XVIII. ditior, & a Clemente IX. Consultor  
 A. C. 1714. S. Officii dictus est. Clemente autem X.  
 ad Petri Cathedram elato, cui Carpineus affinitate erat junctus, ob morum  
 tamen honestatem, claraque, quibus  
 eminuit, virtutum exempla conjun-  
 ctior, in Datarium Apostolicum, ac  
 demum in Cardinalem assumebatur:  
 Crescente meritorum cumulo augeba-  
 tur quoque præmiorum gloria; quippe  
 ab eodem Pontifice ad insigne Ponti-  
 ficii Vicarii officium promotus, hoc-  
 que munere summa integritate, pietate  
 Christiana, & ardente Religionis stu-  
 dio defunctus, mortuo Clemente, ab  
 Altierio Cardinale, pluribusque aliis  
 in summum Pontificem anxiiis votis ex-  
 petebatur: Romanus tamen populus,  
 qui tum severioris disciplinæ impatiens  
 erat, adversus eum vocibus ad rebel-  
 lionem, tumultumque spectantibus re-  
 clamabat, alii quoque licentiosam suo-  
 rum Nepotum vitam opponebant: aliis  
 nimium avarus, judicii tenax, moti-  
 bus asper, & Gallicæ factioni immodice  
 addictus audiebat. Soli Carpineo hanc  
 dignitatem non semel promeruisse satis  
 erat: ipso enim Alexandro VII. satis  
 functo rursus Cardinalium non pauci  
 ejus merita Pontificia tiara coronari  
 exoptabant; hanc vero dignitatem in-  
 vidente licet fortuna, Carpineus tamen  
 ab



ab Innocentio XII. summa honorabatur <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 benevolentia, atque difficillimis nego- A. C. 1714.  
 tiis adhibitis diffensiones in Galliis com-  
 ponere jubebatur. Sub idem ferme  
 tempus exarsit inter Jesuitas diffidium  
 contra P. Thyrsum Gonzalez Societatis  
 Præpositum, quem ob librum contra  
 Probabilistas editum suo amovere offi-  
 cio moliebantur; postquam vero Car-  
 dinalis de Aguirre die vigesima sexta  
 Aprilis Anno 1693. datis Roma ad Hi-  
 spaniæ Regem literis (\*) Patrem Ca-  
 neda Castellaniæ Provinciæ Procurato-  
 rem, acerrimum præfati Generalis ho-  
 stem in Hispaniam revocari petiit, &  
 Rex die octava Julii eodem anno Duci  
 de Medinacæli (\*\*\*) præcepit, ut hoc  
 negotium summi Pontificis judicio re-  
 mittat, eumque roget, quatenus Regis  
 nomine hunc Generalem adeo bene me-  
 ritum, & Regii patrocinii dignissimum  
 defenderet; pariter præfato Duci in-  
 junxit, ut Neapolis, Siciliæ, & Sar-  
 dinia Pro - Regibus, necnon Medio-  
 lanensi aliisque Gubernatoribus præci-  
 piat, quatenus ipsi harum Provincia-  
 rum Jesuitis Romam profecturis Re-  
 U u 4 giam

(\*) Hæ literæ asservantur Pistoia in Bi-  
 bliotheca Cardinalis Esbronii.

(\*\*) Habetur Regis epistola in Monasterio  
 ad S. Sabinam inter MS. Cardinalis Ferrarii.

Sæc. XVIII. A. C. 1714. giam hac super re voluntatem intime inculcent: hujus dissensionis flamma jam in apertum erumpente idem Pontifex ad Regis votum hoc negotium Cardinalium quorundam discussioni commisit, ac potissimum Carpinei opera ad reconciliandos animos usus est. Postea idem Cardinalis in Sabinensem Episcopum nominatus, atque in Sacræ Congregationis Episcoporum & Rituum Præfectum, pluriumque aliarum Congregationum Consultorem electus, quartis etiam comitiis, in quibus fors in Clementem XI. ceciderat, interfuit, a quo tanti habitus est, ut in Pontificis Palatio habitare jussus, omnium arcanorum conscius in emendandis Regularium moribus egregiam Pontifici navaret operam: Maximi etiam ponderis erat Carpinei consilium in componendis dissidiis inter Papam & Josephum I. Imperatorem, necnon in gravissimo negotio de Carolo Austriaco in Hispaniæ Regem agnoscendo: Indignationem tamen Galliarum Regis incurrebat, qui eum Præfectura spoliari a Pontifice petiit, eo quod Patris du Bûc, qui Gallicanarum libertatum abusus impugnabat, librum approbasset. Tandem vero hoc anno ob assiduos labores & studia viribus fractus, omnia sua munera, in quibus gerendis nihil officii, nihil diligentia

gentiæ desiderari passus erat, dimisit, Sæc. XVIII. A. C. 1714.  
 ac denique die sexta Aprilis anno æ-  
 tatis octogesimo nono Romæ decessit.  
 Vir erat sane de Ecclesia, & Republica  
 literaria optime meritus, ingenio per-  
 spicax, in rebus gerendis dexteritate  
 summus, antiquitatum, veterumque  
 monetarum indagator solertissimus, ut  
 testantur ejus Musæum ab ipso compa-  
 ratum, necnon ejus scripta, & decreta,  
 quorum aliqua in Bullario Clementis  
 XI. & in Cardinalis Passionei actis  
 Apostolicæ legationis Helveticæ re-  
 periuntur.

§. XLV.

*Joannis Alberti Badouaro Cardina-  
 lis decessus.*

Sequenti Mense Joannes Albertus Ba-  
 douaro Nobilis Venetus supremum Vit. Card. t. I. p. 191.  
 obiit diem. Hic quinquennis puer cura  
 sui Patris Crementis Episcopi omnibus  
 pietatis & literarum exercitationibus  
 probe instructus, sacræ militiæ non nisi  
 quatuordecim annos natus nomen de-  
 dit, ac paulopost unacum Avunculo  
 suo Cardinale Basadonna Romam de-  
 latus, Doctoratus lauream ibidem ade-  
 ptus est. Inde Cremam reversus, ac  
 Ecclesiæ Cathedralis Archidiaconus,  
 necnon mortuo suo Patruo ejusdem Ec-  
 clesiæ

Sæc. XVIII. A. C. 1714 clesiae Canonicus renuntiabatur. Evocatus Venetias, ab Aloysio Contarino Reipublicæ Duce in Primicerium Ecclesiae ad S. Marcum, & postmodum in Patriarcham electus, omnes vigilantissimi Pastoris partes exacte adimplevit, ipse quoque sæpe non sine auditorum applausu ac proventu ad populum dixit, ob vitæ austeritatem, liberalitatem in pauperes, aliasque præclaras virtutes factus forma gregis sui. Eapropter ad Purpuram a Republica præsentatus, dimissa Patriarchali dignitate Romam contendit, ubi summis honoribus a Papa exceptus, <sup>sedulo</sup> S. Congregationum deliberationibus interfuit, & Brixiano Episcopatu auctus, Zeli Pastoralis, raræ innocentiae, spectatæque virtutis exemplum exitit, irrepentique Quietismo sese tanquam murum æneum opposuit: Denique meritis plenus die decima septima Maii Brixiae, communi omnium, præcipue vero pauperum luctu in cælos, ut pie speratur, receptus est. Impugnabat solide Jacobum Picinum Calvinistam Helvetum perdocta lucubratione, quæ Italo sermone typis excusa in Italia prodiit.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

§. XLVI.

*Antonius Franciscus San - Vitalis  
Cardinalis mortuus.*

Hunc eadem mortis necessitate seque-  
batur Antonius Franciscus San-  
Vitalis patria Parmensis. Hic Majo-  
rum toga & sago præstantissimorum  
vestigiiis presse insistens, optimam in-  
dolem pietate, ac ingenii aciem altio-  
ribus disciplinis mire excoluit, & in  
Parmensi Athenæo Jurisprudentiæ lau-  
ream emeruit. Sacerdotio initiatum,  
Saladinus tum Parmensis Episcopus,  
qui integerrimam vitæ rationem ac æ-  
tate superiorem prudentiam in hoc ju-  
vene summopere admiratus, eum in  
maxime arduis suæ Diæcesis negotiis  
Consiliarium adhibuit, & Synodalem  
examinatorem, necnon librorum censo-  
rem esse jussit. Magis adhuc proficiendi  
desiderio incitatus Antonius, Germa-  
niam & Italiam perlustratus est, sua-  
que obsequia Ecclesiæ dicandi studio  
Romam contendit, ubi ab Innocen-  
tio XII. Romanis Prælatiis aggregatus,  
utriusque *Signaturæ*, ut vocant, Refe-  
rendarius & S. Officii Consultor renun-  
tiabatur: Non minus hujus Viri merita  
erant cognita Clementi XI. a quo Va-  
ticanæ Ecclesiæ Canonicatu, Avenio-  
nentis

*Vit. Card.*  
*t. 1. p. 193.*  
*Guarnac.*  
*Vit. Pontif.*  
*t. 2. p. 154.*

Sæc. XVIII. A. C. 1714. nensis Pro - Legati, & Florentini Nun-  
 tii dignitate, aliisque honoribus au-  
 gebatur: anno tamen Florentiis vix ex-  
 acto, ut ad majora proveheretur, Ro-  
 mam revocatus, Pontificio cubiculo  
 præfectus dicebatur, intima familiari-  
 tate usus doctissimi Patris Querini Be-  
 nedictini, a quo etiam in Græco idio-  
 mate institutus est. Postea Urbinatis  
 Episcopatus admotus ac Purpura de-  
 coratus, ad suam Diæcesin revertebatur.  
 Seligebat ipsum præ ceteris Pon-  
 tificibus, ut tanquam Legatus a Latere  
 ad Philippi V. Regis Sponsam Bene-  
 dictionem Pontificiam deferret, eique  
 regale connubium Pontificis <sup>nomine</sup>  
 gratularetur, quem tamen honorem  
 humilis Vir recusabat, eumque Goz-  
 zadino Cardinali cedebat. Paulopost  
 gravi morbo oppressus, die decima se-  
 ptima Decembris anno ætatis quinquage-  
 simo quarto Urbini naturæ debitum  
 solvit, ibidem in Ecclesia majori hono-  
 rifice sepultus. Adjectus erat quinque  
 S. Congregationibus, in quibus se Præ-  
 sulem eruditione, prudentia, integri-  
 tate, tantisque præclaris dotibus in-  
 structum exhibuit, ut omnium suffragio  
 Pontificia Tiara dignissimus haberetur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

## §. XLVII.

*Cæsaris Estræi Cardinalis extrema.*

Postremus ex Cardinalibus hoc anno denatis erat Cæsar Estræus, qui in Gallis ex nobilissimo genere ortus, studio, vigiliis, atque amplissima eruditione natalium splendorem æquabat. Ordini Clericali adscriptus, & Episcopus Laudensis nominatus, ad Bavarie Electorem a Rege missus, ad ejus vota hunc Principem a Cæsareis partibus abstraxit, tanque præclara obsequia Lusitanie Regi præstitit, ut ad ejus preces Cardinalis renuntiaretur. Romæ degens, Lusitani Regni Protector exstitit, in Galliam vero reversus, & ad maxima Regni negotia assumptus, pinguissima a Rege beneficia obtinuit, ab eodemque denuo Romam missus in Regaliarum causa ibidem tenaciorem jurium Regionum, quam Pontificie causæ propugnatorem egit, quin tamen propterea Pontificis indignationem incurreret, eoquod Hic in eo semper Religionis cultum prævalere cognosceret: Ipse etiam Molinosium apud S. Inquisitionis tribunal denuntiabat, & mortuo Estræo ejus Fratrem & Francie Regis Oratorem in univ. Gallici Ministerii procuratore succedens, ob asy-  
lorum

*Guarnac.*  
t. I. p. 25.

Sæc. XVIII. lorum libertatem Legatis ademptam  
 A. C. 1714. tam dextere, obtenta Lavardini dimil-  
 sione, Pontificis iram placabat, ut ta-  
 men Regem suum non offenderet. Pau-  
 lopost in Franciam revocatus, a Rege  
 Equitum Ordini S. Spiritus adscribe-  
 batur; mox tamen Romam reverti  
 iussus, gravia Cleri Gallicani dissidia  
 unacum Jansonio Cardinale ad concor-  
 diam feliciter perduxit. Sæpius sacris  
 interfuit comitiis, in quibus sui im-  
 memor, semper in Papam Gallis pro-  
 pitium ceterorum suffragia contrahere  
 intentus erat: Fervente bello Hispanico  
 Estræus Italix Principes Regi suo  
 propensos reddere, ac demum Regem  
 Philippum V. in Hispaniam comitari  
 iussus, ibidem ringentibus Protocæro  
 Cardinale, aliisque Hispanix Admi-  
 nistris, rerum summa potiebatur; ex  
 tanta tamen felicitate sibi tam acer-  
 bam aliorum invidiam accersebat, ut  
 obtenta in Franciam revertendi facul-  
 tate rerum mundanarum tædio affe-  
 ctus, insuper Lusitani Regni procura-  
 tionem dimitteret, ac ferme semper  
 in sua Abbatia ad S. Germanum de  
 Pratis, quam a Rege impetraverat,  
 rebus divinis vacans, raro Aulam  
 frequentaret, quamvis ceteroquin Re-  
 gis sui commoda procurare semper in-  
 tentus esset, ac ingravescente pecunia-  
 rum



rum inopia argenteam suam supelle- Sæc. XVIII.  
 filem ultro ad cudendam monetam A. C. 1714.  
 traderet. Exortam in Galliis conten-  
 tionem circa Constitutionem *Unigenitus*  
 in sui ortu extinguere & Cardinalem  
 Noailiam ad humilem illius accepta-  
 tionem permovere, frustra adlabora-  
 bat. Nominatus a Papa ad Albanen-  
 sem Episcopatum, huic Ecclesiæ pre-  
 tiosissimas gemmas dono dedit, pluri-  
 busque aliis pietatis operibus æterni-  
 tatis viam sibi expeditiorem reddidit,  
 ac demum die decima nona Decembris  
 annos natus octoginta septem Deo,  
 quem semper in mente habuit, Crea-  
 tori suo mortalitatis debitum persolvit.  
 Erat sane Princeps incomparabilis, de  
 Ecclesia, Rege, Regno, & re literaria  
 longe meritissimus, rerum publicarum  
 experientia, ingenii perspicuitate, eru-  
 ditione omnigena, morum comitate,  
 & liberali pauperum patrocínio nume-  
 ris omnibus absolutissimus, cunctisque  
 percarus, & maximi habitus erat.

§. XLVIII.

*Summi Pontificis Constitutiones &  
 Epistolæ ad diversos.*

Gravissimæ subinde in variis Eccle- Epist.  
 siis ac Regnis exortæ dissensiones, Clem. XI.  
 aliaque negotia plurimum hoc anno  
 Passæ.

Sæc. XVIII. Pastoralem Clementis Papæ sollicitudi-  
 A. C. 1714. nem exercebant, cunctis satisfacere,  
 malisque remedium opponere intentus:  
 cum ergo nuntiatum ei esset, quod  
 Taraconensis Magistratus die decima  
 quinta Decembris anni proxime præ-  
 teriti Fratrem Isidorum Betran, quem  
 Pontifex in hujus Ecclesiæ Archiepi-  
 scopum rite instituerat, exauctorare,  
 & tanquam injuste intruso e civitate  
 & universa Diæcesi ac Provincia abire  
 jussu alium subrogare præsumpsit,  
 quin imo Decano, illiusque Ecclesiæ  
 Capitulo injunxerit, ne illum in Ar-  
 chiepiscopum ullatenus agnosceret,  
 hinc Pontifex die decima septima Mar-  
 tii declarabat, ordinariam jurisdic-  
 tionem in præfata Ecclesia non ab alio,  
 quam a laudato Archiepiscopo exerceri  
 posse, proin nec Capitulo licere, ut  
 sese in dictæ jurisdictionis exercitio in-  
 gereret, sed quoscunque Mensæ Ar-  
 chiepiscopalis fructus præfato Archi-  
 episcopo, vel ejus Procuratori con-  
 signari curaret, irritatis omnibus, quæ  
 a Capitulo contra Archiepiscopum acta  
 fuissent. Ipsum vero Archiepiscopum  
 Pontifex die decima septima Martii  
 ignaviæ arguebat, quod solis deterritus  
 minis Ecclesiam, gregemque sibi com-  
 missum deseruerit. Declarabat quo-  
 que Pontifex die vigesima secunda

Se

Septembris, quod coronas S. Birgittæ, *Sæc. XVIII.*  
 quas recitantibus indulgentias concessit, *A. C. 1714.*  
 benedicendi facultas duntaxat Superioribus & Religiosis hujus Ordinis competat.

Die autem vigesima Januarii Pontifex datis ad octo Pagos Catholicos Helveticos literis, eos Clericos, qui in nupero bello cum A catholicis gesto interfuerunt, atque in eo militarunt, per Jacobum Archiepiscopum Ephesinum Sedis Apostolicæ Nuntium a censuris absolvit, & in irregularitate dispensavit: cum vero Barbari in Tartaria Præcopensi Christianos captivos, qui ob senium ferendis laboribus haud ultra pares erant, vita quidem donarent, hi vero omnibus invis, omnique subsidio destituti per compita vagari, & fame perire cogerentur, eorumque pueri tamdiu minis & injuriis exagitantur, donec a religione Christiana deficerent, illius tamen Regionis Missionarii pro senibus hospitium erigere, & quolibet anno aliquos pueros collectis pecuniis redimere meditarentur, Pontifex die vigesima septima Januarii datis ad Carolum Imperatorem & Poloniæ Regem literis rogabat, ut opportunis mediis subsidia cogere velint, quæ ad perficiendum utrumque opus, necessaria sunt. Sub idem tempus

*Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Xx Vio-*

**Sæc. XVIII** Violanta Beatrix Etruriæ vidua ad Sacram Domum Lauretanam profectio-  
**A. C. 1714.** nem suscepit, hinc Pontifex eidem die octava Maij Monasteria Sanctimonialium in locis, quæ eundo & redeundo transierit, ingrediendi facultatem concessit & Bartholomæum Nisefum Pincernam Pontificium cum Apostolica benedictione & Sacris muneribus obviam misit. Cum vero Iastos Æthiopiæ Rex Missionarios illuc missos benigne excepisset, hinc Pontifex actis eidem gratiis per novos Missionarios die nona Maij munera quædam in benevolentia signum submisit, idem quoque officium Pontifex impendit Regi Lassæ.

Innotuit autem eidem, quod Iberiæ Asiaticæ Rex a Persarum Rege velut captivus detineatur, qui tamen summa benevolentia Catholicos respexit, eoque benigne fovit, eapropter Papa die decima tertia Aprilis Regem Franciæ sollicitabat, ut apud Regem Persarum liberum ad suam ditionem reditum captivo huic Regi impetrare velit. Cum autem Maria Angliæ Regina perpetuum censum assignasset, ut Scotis juvenibus ad Collegium Romæ fundatum venientibus, & inde in Scotiam ad Missiones redeuntibus necessarium Viaticum suppeditari posset, hinc Pontifex huic

huic Reginæ tam præclarum opus fufe Sæc. XVIII.  
 gratulatus, simul Eystetensis Episcopi A. C. 1714.  
 charitatem merita laude profecutus est,  
 eoquod decem Nobiles Scotos Semi-  
 narii Ratisbonensis Alumnos ob pestis  
 metum profugos omnibus liberalitatis  
 officiis excepisset, atque ejusmodi Se-  
 minarium in sua etiam civitate insti-  
 tuere constituisset. Non minus libera-  
 lis in effundendis elogiis erat Pontifex  
 erga Antonium Ulricum Brunsvicen-  
 sem Ducem, qui ditionis suæ incolis  
 liberum Catholicæ Religionis exerci-  
 tium indulfit, parcus autem denuo erat  
 Clemens erga illum in concedendis  
 gratiis, quas inter idem Dux Confes-  
 sarium suum Episcopali titulo decorari  
 petebat, cum autem post hujus Ducis  
 obitum successor concessum Religionis  
 Catholicæ exercitium abrogare con-  
 tenderet, Pontifex Cæsarem ejusque  
 Conjugem enixe rogabat, ut defuncti  
 Ducis votum impleri curarent. Insu-  
 per Augusto Poloniæ Regi contra Tur-  
 carum irruptionem, quantum ærarii  
 Pontificii angustia permittebant, sub-  
 sidia misit, eique opportuna apud Catho-  
 licos Principes officia pollicitus est,  
 postulavit tamen, ut uterque illius  
 Regni Clerus a prægravibus exactioni-  
 bus & militaribus subsidiis liberetur.  
 Præterea die nona Aprilis Pontifex

X x 2

Cæsa-

Sæc. XVIII. Cæsarem certio rem reddidit, quod ad  
A. C. 1714. ejus votum Cathedralis Augustanæ Ec-  
 clesiæ Capitulum & Canonicos hortatus  
 sit, ut de Coadjutore, qui Alexandro Si-  
 gismundo gravi ægitudine presso succe-  
 deret, designando mature deliberarent,  
 ac propterea Joanni Francisco Constau-  
 tiensi Episcopo Breve *eligibilitatis*, ut  
 vocant, concesserit, an vero is simul  
 hanc Ecclesiam unacum Augustana re-  
 tineat, sacræ Congregationis senten-  
 tiam excepturus sit.

Die autem quinta Maij Leodegario  
 Burgisser Abbati Monasterii S. Galli  
 inhibuit, ne injustas condiciones, qui-  
 bus Bernates & Tigurini Toggenbur-  
 gensem Comitatum, ceteraque ei ab-  
 lata restituere contendebant, acceptet,  
 cum meliora ex patrocinio Cæsaris &  
 Galliarum Regis per Papam implorato  
 sperare posset. Hunc in finem quoque  
 Franciæ Regem rogabat, ut a fœdere  
 Protestantium Pagos excludat, nisi  
 prius pagis Catholicis & Monasterio  
 S. Galli erepta restituerent: Implorabat  
 etiam Moguntini & Palatini necnon  
 Monasteriensis & Herbipolensis Episco-  
 porum opem, ut Decreta ab Hanno-  
 verano Principe contra Catholicos e-  
 dita abrogari curarent. Significabat  
 etiam Pontifex Philippo Hispaniæ &  
 Ludovico Galliarum Regibus, quod  
 Goz-

Gozzadinum Cardinalem decreverit, Sæc. XVIII.  
 ut ad Elisabetham Hispani Regis Spon- A. C. 1714.  
 sam deferat Benedictionem Pontifi-  
 ciam, & Regale connubium faustum-  
 que iter gratularetur, & rosæ aureæ  
 munus offerret: cum autem Brande-  
 burgicus Marchio Monasteria Halber-  
 stadii existentia contra P. W. visitari  
 jussisset, Pontifex die decima tertia  
 Octobris Lotharium Moguntinum Ele-  
 ctorem hortabatur, ut Religiosis hisce  
 strenue adesse velit, eundemque quoque  
 Archiepiscopum Papa enixe rogabat, ut  
 Augustam Dorotheam Principissam de  
 Schwarzenberg Antonii Ulrici Bruns-  
 vicensis Filiam Lutheri errores eve-  
 mere cogitantem opportunis consiliis  
 dirigere, ac præsidio fovere non ces-  
 set: pariter etiam ab Imperatrice pe-  
 tebat, ut impedimenta conversioni  
 Amitæ suæ obstantia assignato annuo  
 subsidio pro congrua ejus sustentatione  
 destinato submoveri curet. Denique  
 Joanni Lusitanæ Regi Missiones Sina-  
 rum, Indiarumque Orientalium impense  
 commendat, simul ab eo efflagitans, ut  
 illiatis a suis *Officialibus* piæ memor.  
 Cardinali de Tournon, necnon illius  
 Familiaribus & Sociis ac ipsimet Apo-  
 stolicæ Sedi injurias congrua repara-  
 tione sarciri juberet.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

§. XLIX.

*Decisiones & decreta Sacrarum Congregationum.*

*Decif.  
SS. Congr.  
Rit. Concil.  
Ind. &c.*

Inter plures Sacrarum Congregationum decisiones Sacra Romanæ Inquisitionis Congregatio die decima quinta Januarii ad libros prohibitos rejecit Nicolai Pegulati *tractatum Probabilitatis ex principiis Antiquorum compositum*. Die autem vigesima sexta ejusdem Mensis in Sacra Concilii Congregatione declaratum, quod servanda sit consuetudo, ut Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi, alique Clerici etiam beneficiis vel officiis non provisi accedant ad supplicationes publicas & inserviant Ecclesie Cathedrali, dum Missa cantata celebretur. Canonici vero Cathedralium & Collegiatarum percipiant fructus suorum Canoniciatum sub onere inserviendi Ecclesie in celebratione Divinorum officiorum, quæ celebratio non importet duntaxat Horas Canonicas, sed etiam Missam Conventualem, tanquam præcipuam partem, proin ad applicationem ejusdem Missæ Conventualis teneantur pro illis, ex quorum dispositionibus distributiones, & emolumenta percipiunt. Declaratum insuper die tertia Junii

Con



Congregatione Episcoporum, quod se- Sæc. XVII.  
cretæ notitiæ contra electum Vicarium A. C. 1714.

Capitnlarem desumptæ a Personis fu-  
spectis & præfato Vicario infensis nul-  
lam mereantur attentionem: Sancitum  
quoque decima nona ejusdem  
Mensis, quod Canonico Jubilato de-  
beantur distributiones, quin sit obli-  
gatus ad residendum: Rota autem Ro-  
mana in Bovinensi decrevit, quod pro-  
visio de aliqua dignitate curam anima-  
rum non habente facta ad favorem ali-  
cujus, impetrari non valeat a tertio  
sub prætextu contractæ simoniæ, in  
judicio tamen non constitæ, maxime  
post expeditionem dictæ gratiæ: Cum  
autem in Galliis contra Bullam *Uni-  
genitus* tria evulgarentur opuscula, sub  
his titulis: *Epistola Pastoralis Bolognensis  
Episcopi*, item *Epistola Pastoralis Epi-  
scopi & Comitis Catalaunensis*, & *Epi-  
stola Pastoralis Episcopi Bajonensis de Con-  
stitutione Sanctissimi D. Papæ &c.* hinc  
die secunda Maij Congregatio S. Inqui-  
sitionis Generalis has Epistolas ut mi-  
nimum captiosas, scandalosas, teme-  
rarias, & S. Sedi injurias damnavit,  
easque retinere vel legere vetuit, sta-  
timque Inquisitoribus consignari præ-  
cepit: Sacra etiam Rituum Congrega-  
tio die quarto Februarii annuente sum-  
mo Pontifice, decrevit, ut ad augen-

Xx 4 dam

Sæc. XVIII. A. C. 1714. dam fidelium pietatem erga S. Josephum officium proprium imposterum ab utroque Clero recitaretur, & Officium S. Joannis de Deo ad Cæsaris, Franciæ Regis & Etruriæ Ducis preces ad universam Ecclesiam sub ritu semiduplici extenderetur. Die decimo quarto Martii Sacra Congregatio Indulgentiis præposita prohibuit libellos, in quibus indulgentiæ quædam Confraternitatibus S. Mariæ de Montferrato, S. Mariæ de Mercede, & Ordinis SS. Trinitatis redempt. Capt. & S. Rochi concessæ afferebantur, declaravitque, posteriorem Sodalitatem duntaxat concessis a Paulo V. indulgentiis gaudere. Eadem quoque die declaratum, quod Monasteria Monialium a cura Regularium suorum Ordinum ad Episcoporum jurisdictionem translata, vel transferenda iisdem privilegiis, ac indulgentiis fruantur, quibus antea gaudebant.

§. L.

*Synodi Diœcesanæ Monasteriensis  
decreta.*

*Concil.  
German.  
pag. 385.*

Hoc rursus anno Arnaldus de Metternich Monasteriensis Episcopus die decima Octobris suam habuit Synodum Diœcesanam, ut officio suo

suo satisfaceret, sibi in qua a Cle-  
 mente XI. Papa per singulare di-  
 ploma Apostolicum fuisse impositum  
 declarabat, ut Clerum suum commo-  
 neret, quatenus congruis Ecclesiastico  
 statui vestibus & moribus digna se e-  
 jusdem membra esse probarent: Eo sine,  
 in primo Synodi sui limine ipsas sum-  
 mi Pontificis literas prælegi jussit, his  
 verbis conceptas: „Quandoquidem non  
 „pauci istarum partium Canonici, ut  
 „pluries, non sine intimo animi nostri  
 „dolore percepimus, officii sui imme-  
 „mores, æternæque salutis obliti a ve-  
 „teri Ecclesiæ disciplina eatenus descii-  
 „verunt, ut quasi Christi ministerium,  
 „ejusque insignia erubescerent, vesti-  
 „bus, quæ proprio Ordini congruunt,  
 „juxta sanctissimas Concilii Tridentini  
 „leges, uti detrectant, ac nedum sæ-  
 „cularium indumenta frequentissime  
 „palam usurpant, verum etiam (quod  
 „magis dolendum est) in extero vitæ  
 „cultu, morumque libertate ab ipsis  
 „laicis hominibus vix discerni possint,  
 „ac insuper Ecclesiasticis proventibus,  
 „quos tanquam vota fidelium, pretia  
 „peccatorum, patrimonia pauperum in-  
 „pios duntaxat usus convertere debe-  
 „rent, ad voluptates suas, ad luxum,  
 „ad pompas & vanitates sæculi abu-  
 „tuntur. Unde non modo gravem  
 Xx 5 „ani-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

Sæc. XVIII. „animæ suæ labem contrahunt, sed  
A. C. 1714. „præterea fiunt Domui Israel in offen-  
 „diculum iniquitatis. Nemo quippe,  
 „uti B. Gregorius sapienter advertit,  
 „amplius in Ecclesia nocet, quam qui  
 „perverse agens, nomen vel ordinem  
 „Sanctitatis habet; delinquentem nam-  
 „que hunc redarguere nullus præsumit,  
 „& in exemplum culpæ vehementer  
 „extenditur, quando pro reverentia  
 „Ordinis peccator honoratur. Quæ si  
 „ita sint, flentes dicimus, ac gemen-  
 „tes cum eodem B. Gregorio denun-  
 „tiamus, quod cum Sacerdotalis Ordo  
 „intus cecidit, foris quoque diu stare  
 „non potest. Etsi autem, ubi ejus-  
 „modi Canonici tua etiam in Diœcesi  
 „reperiantur, minime vereamur, quin  
 „pro perspecta Pastoralis sollicitudine  
 „ac Divini honoris Zelo, quo flagras,  
 „strenuam sedulamque operam hæte-  
 „nus dederis, & daturus imposterum  
 „sis, ut eos ad bonam frugem revoces,  
 „& ad mores ac vitam sacrorum Ca-  
 „nonum disciplinæ consentaneam insti-  
 „tuendam adducas. Quia tamen Pon-  
 „tificiæ voces semper aliquid stimuli  
 „addunt Præsulibus bonæ mentis,  
 „id circo Fraternitatem tuam, quo ma-  
 „jori possumus animi nostri studio hor-  
 „tamur, & paterne admonemus, ut  
 „quos tanta labe infectos noverit, ar-  
 „guat,

„guat, obsecret, increpet in omni pa-  
 „tientia & doctrina, nihilque prorsus  
 „intentatum relinquat, quo errantes in  
 „viam justitiæ redeant, & præterritas  
 „culpæ ac negligentias celeri pœni-  
 „tentiâ, morumque mutatione redimere  
 „fatagant. Neque enim dissimulari tuto  
 „possunt publicæ corruptelæ, quæ ma-  
 „gnam adeo tum famæ tum æternæ  
 „saluti ejusmodi Ecclesiasticorum affe-  
 „runt detrimentum, quæ tum gravem  
 „in Catholicis bonisque omnibus offen-  
 „sionem, contemptum ac invidiam ex-  
 „citant: quæ dum universo Ecclesia-  
 „stico Ordini tantam subsannationem,  
 „& derisum comparant apud eos, qui  
 „in circuitu sunt, Cleri non minus,  
 „quam orthodoxæ Religionis hostes.  
 „Qui vero emendare potest, & negligit,  
 „se proculdubio participem delicti con-  
 „stituit. „

Recitatis hisce literis Episcopus Cle-  
 rum hortabatur, ut salutaribus hisce  
 monitis illi, qui se illis quam maxime  
 indignisse comperient, obsecundent,  
 ne Episcopus etiam invitus pro reve-  
 rentia Sedi Apostolicæ debita ad ur-  
 gendum harum literarum effectum  
 compellatur. Statuit etiam, ut Ec-  
 clesiarum & Hospitalium Provisores de  
 rebus ad illa pertinentibus sine auctori-  
 tate legitimi Superioris Ecclesiastici  
 nihil

Sæc. XVIII.

A. C. 1714.

Sæc. XVIII. nihil disponent, & nonnisi eo præfente  
A. C. 1714. rationes reddant.

§. LI.

*Principum atque Illustrium obitus.*

*Gottfrid.*

*Hist. cont.*

*Chron. l. 15.*

*oag. 30.*

*Briet. cont.*

*Annal.*

Hic quoque annus plurimorum Principum vitæ funestus, exitialisque fluxerat; hos inter Anna Stuarta Angliæ Regina die duodecima Augusti decesserat, non sine gravi Ludovici XIV. Regis dolore: Hic enim hujus mulieris mutabilitate in rem suam versa, excluso Carolo Archiduce, Philippum Andegavensem in Hispanicæ Monarchiæ solio confirmabat & occulto Anglorum, Hispanorum & Sabaudicæ Ducis fædere magna profus meditabatur consilia, atque inter ea, ut everta (uti creditum est) Batavorum Republica Jacobum III. Walliæ Principem, legitimum Anglici sceptri hæredem in thronum reduceret: quæ tamen omnia vastissima molimina unius foeminae fatum evertit; illa enim jam Mense Januario in gravem inciderat morbum, non sine maximi Parlamenti consternatione, & mensæ publicæ argentariæ dispendio: hoc tamen morbo adhuc defuncta Regina, rursus decima tertia Martii die Parlamentum ingressa est, ubi tamen vehemens admodum dissensio inter Senato-

natores exorta, cum nonnulli Successionis jus Hannoverano, alii vero ex Regio stemmate descendentibus servato nativitatis ordine illud vindicarent. Inde vero Regina anxiiis curis agitata palam declarabat, se absdubio vitæ suæ dispendio procurata hucusque Regni incrementa luituram: nec vanus erat hic timor; die enim nona Augusti apoplexiæ tactu correpta post incassum adhibitam Medicorum opem quinquaginta & unum annum cum aliquot mensibus nata Kessingthoniæ die duodecima ejusdem Mensis obiit, mox autem a sanctioris Consilii Viris Georgius Hannoveranus Elector in Britannia, Scotia & Hibernia Regem Londini præconis voce proclamatus est, Jacobus vero III. Angliæ Rex publico per Regnum disseminato scripto reclamans, legitimum successionis jus sibi reservavit.

Hujus Reginæ fatum præcesserat Maria Ludovica Philippi V. Hispaniarum Regis Conjux & Victoris Amadæi II. Sabaudia Ducis Filia, quæ Regiis plane dotibus ornata relictis quatuor Filiis die decima quarta Februarii nonnisi viginti sex annos nata cum ingenti illius Aulæ luctu Madriti mortalitatem exiit: Hanc pari mortis necessitate sequebatur Sophia Friderici V. Ele-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

Sæc. XVIII. Electoris Filia, & Georgii Hannoverani Electoris Mater. Hæc, cum ex Elisabetha, quæ Jacobo I. Angliæ Regis filia, & Friderico Electori nupta erat, nasceretur, ad Hannoveranos Britannici sceptri jus transtulisse dicitur. Decessit autem Hannoveræ die decima Julii anno ætatis octogesimo tertio, priusquam Georgium Filium suum in Anglia regnantem cerneret. Ueberioribus lacrimis Ecclesia Romana parentabat Antonio Ulrico Brunsvico-Lunenburgensi Duci, qui Sacris Romano-Catholicis jam ab aliquot annis ejurata Lutheri secta initiatus, strenuum constantemque fidei orthodoxæ Defensorem sese exhibuit, paucisque ante obitum suum mensibus ditionis suæ incolis liberum ejusdem Religionis exercitium permitti curavit, quapropter iteratis encomiis & literis a summo Pontifice honoratus est, quem, sanctamque Sedem immoto semper studio prosequabatur, etsi Pontifex ejus petitionibus, quas pro obtinendo Vicario Apostolico, & ejus Confessario Episcopi titulo decorando interposuerat, difficiles præbuisset aures: Obiit religiosissimus hic atque æterna memoria longe dignissimus Princeps anno ætatis suæ octogesimo primo die vigesima septima Martii, ob cujus jacturam Pontifex



tifex Ducissam Henriettam Christinam Sæc. XVIII.  
 ejus Filiam, quæ illum datis literis de A. C. 1714.  
 ejus obitu certiozem reddiderat, die  
 secunda Junii paterne & peramanter  
 solabatur, quanto autem doloris sensu  
 ipsam hujus Ducis mortem prosecutus  
 sit, mox patebit ex ejus oratione ad  
 Cardinales habita. Ediderat hic Prin-  
 ceptum librum sub titulo: *Cythara Davi-*  
*dis*, primo Norimbergæ Anno 1667. &  
 postea Guelferbiti Anno 1670. typis  
 impressum. Mortalitem insuper exiit  
 die quarta Maij Versaliis Carolus Dux  
 Bituricum tertius primi Delphini Filius,  
 nonnisi annos viginti tres natus. Cum  
 autem Ludovicus XIV. Franciæ Rex  
 intra tam breve temporis spatium tres  
 juvenes Principes Regios, regnique  
 hæredes præmatura morte decessisse  
 doleret, de proprio fato anxius & de  
 successore sollicitus die secunda Au-  
 gusti in Curia Parisiensi præsentibus  
 cunctis Regni Proceribus edictum pro-  
 mulgari jussit, quo legitimis Regni hæ-  
 redibus, filios suos spurios Ducem Ce-  
 nomanensem, & Comitem Tholosanum  
 ad succedendi jus aptos declaravit, ac  
 paulopost die vigesima octava ejusdem  
 Mensis testamentum suum septem sigil-  
 lis firmatum eidem Curia tradidit, ibi-  
 demque custodiri, nec ante obitum  
 suum quacunque ex causa recludi jussit.

Præter

Sæc. XVII. Præter hos autem obiire alii Prin-  
 A. C. 1714 cipes, & quidem die decima Octobris  
 Antonius Güntherus Anhaltino - Ser-  
 vestanus Princeps, & die vigesima nona  
 ejusdem Mensis Petrus Lusitanus Regius  
 Princeps ac denique secunda Junii Fri-  
 dericus Erdman Christiani Ducis Mer-  
 seburgensis Administratoris Filius.

## §. LII.

*Marchio de Prié Caroli Cæsaris Le-  
 gatus Romæ ingenti pompa  
 exceptus.*

Orat. Con- Cum Carolus VI. Imperator se sem-  
 sist. Cle. XI. per obedientissimum Romanæ Ec-  
 pag. 102. clesiæ Filium strenuumque ejusdem  
 Advocatum ac defensorem exhibere  
 studeret, hinc etiam hoc anno Mar-  
 chionem de Prié tanquam *obedientie Le-  
 gatum* Romam decernebat, ut summum  
 Pontificem de constanti filialis suæ erga  
 eundem Sedemque Apostolicam obser-  
 vantia studio certiolem redderet, si-  
 mulque enixe, reverenterque ab eodem  
 peteret, ut quicquid ejus Prædecessores  
 in rei imperialis, & Austriacæ com-  
 modum atque incrementum quovis  
 modo contulerant, ac deinceps confe-  
 renda forent, id omne Pontifex quo-  
 que S. Cæs. Majestati, Augustæque  
 Domui Austriacæ liberaliter imperitari  
 velit.

velit. Quamprimum igitur hic Orator <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 specialiter Deputatus Romam venerat, <sup>A. C. 1714.</sup>  
 mox pro expediendo hujus Legationis  
 negotio Pontifex ad diem decimam sex-  
 tam Februarii solemne alloquium de-  
 crevit, in quo præfatus Orator præ-  
 sentibus sex Cardinalibus scilicet de  
 Abdua, Sacripante, Paulutio, Impe-  
 riali, Columna & Albano summi Pon-  
 tificis pedes summa cum reverentia de-  
 osculatus, ac genuflexus Caroli Cæsa-  
 ris literas Clementi Papæ exhibuit,  
 quarum tenor erat.

*Beatissime in Christo Pater,*  
*Domine Reverendissime.*

„Post officiosissimam commendatio-  
 „nem filialis observantiæ continuum in-  
 „crementum. Injungimus nostro apud  
 „sanctitatem vestram Oratori illustri,  
 „& Magnifico, sacrique Imperii fideli  
 „dilecto Herculi Josepho Ludovico Tu-  
 „rinetti Marchioni de Prié, ut sanctitati  
 „vestræ tum obitum Augustissimi Ro-  
 „manorum Imperatoris Josephi Fratris  
 „nostri charissimi, tum suscepta a No-  
 „bis fuisse Imperii gubernacula ea, qua  
 „par est, animi devotione significet, &  
 „sanctæ Sedi Apostolicæ morem Majo-  
 „rum nostrorum omnem illam obser-  
 „vantiam, & filialis amoris affectum  
 Hist. Eccles. Tom. LXVIII. Yy „te

Sæc. XVIII. „testetur, qui observantissimum sanctæ  
A. C. 1714. „Ecclesiæ filium Imperatorem vere Chri-  
 „stianum, atque Catholicum decet, ea  
 „firma, ac filiali spe freti, quam Nobis  
 „sinceræ piæque mentis tribuit fiducia,  
 „fore, ut id officii sanctitati vestræ tam  
 „gratum, acceptumque accidat, quam  
 „nos integre, devoteque intendimus,  
 „ea omnia facere, & præstare, quæ  
 „ad Majorem divini Numinis gloriam,  
 „sanctæque Romanæ Ecclesiæ incre-  
 „mentum, necnon Sanctitatis Vestræ  
 „solatium facere, & spectare possunt.  
 „De quibus omnibus cum dictus Ora-  
 „tor noster explicabit pluribus mentem  
 „nostram, reverenter postulamus ab  
 „eadem Sanctitate vestra, ut plenam  
 „ipsi fidem adhibeat, simulque, ut si-  
 „dimus, solitos Pontificiæ benevolen-  
 „tiæ fructus Nobis impertiatur. Eidem  
 „de cætero vitam a Deo beatam, ac  
 „diuturnam ad Majus Ecclesiæ sanctæ  
 „Decus ex animo precamur. Datum  
 „in Urbe nostra Viennæ die decima  
 „millesimo septingentesimo duodecimo  
 „Regnorum Nostrorum, Romani pri-  
 „mo, Hispaniarum decimo, Hungar-  
 „rici, & Bohemici vero secundo.”

*Sanctitatis Vestræ.*

*Obsequens Filius CAROLUS*

*Hæc*

H. literæ ita erant inscriptæ : *Sæc. XVIII.*  
*Beatissimo in Christo Patri Domino Cle-* *A. C. 1714.*  
*menti XI. Divina Providentia sanctæ Ro-*  
*manæ, ac Universalis Ecclesiæ summo Pon-*  
*tifici Domino Reverendissimo.*

Recitatis hisce literis summus Pon-  
 tifex ad petitionem ab Oratore proposi-  
 tam hæc respondit:

„Singularem ac plane exultantem  
 „lætitiã, quam ex faustissima charif-  
 „simi in Christo Filii Nostri Caroli in  
 „Romanorum Regem, & futurum  
 „Imperatorem electione jam pridem  
 „suscepimus, plurimum hodie auctam  
 „ac vere completam experimur ob præ-  
 „claras ejusdem Caroli Regis in Nos  
 „& hanc sanctam Sedem constantis  
 „fuzæ, ac filialis observantiæ signifi-  
 „cationes, quas abunde Nobis tam suis  
 „ad Nos datis literis reddi voluit, quam  
 „uberius a te, Nobilis Orator, expli-  
 „cari mandavit: ut certi scilicet magis,  
 „magisque esse possemus, Majestatem  
 „suam ab inclitis, & Augustis Majori-  
 „bus suis minime degenerem, ad om-  
 „nia, quæ obedientissimum, hujus  
 „sanctæ Romanæ Ecclesiæ Filium de-  
 „cent, quavis sibi data occasione accu-  
 „rate ac studiose præstanda semper fore  
 „paratissimam. Quam læta hæc Nobis,  
 „& grata acciderint, plane tibi persua-  
 „sum, atque exploratum esse non am-  
 „bigi-

Sæc. XVIII. „bigimus; scire tamen te voluimus eo  
A. C. 1714. „etiam Nomine acceptiora fuisse, quod  
 „Nobis a te declarata fuerint, cuius  
 „singulares dotes, ac eximia Decora  
 „Almæ huic Urbi nostræ apprime per-  
 „specta sunt, omnium ad se animos jam  
 „dudum allexerant, ita pontificiam no-  
 „stram benevolentiam imprimis merue-  
 „rant. Piissimi itaque Cæsaris ad Ca-  
 „tholicæ Religionis Patrocinium, ad  
 „Ecclesiæ incrementum, ad Apostolicæ  
 „Sedis tutelam tam magnifice exhibita  
 „officia grato animo excipimus: om-  
 „nia illi vicissim, quæ Romani Ponti-  
 „fices prædecessores nostri erga electos  
 „Romanorum Reges, seu Imperatores  
 „iuxta veterem ejusdem Sedis amorem  
 „peragere consueverant, cumulate ac  
 „plenissime reddituri; Nullum siquidem  
 „ab eo ex consuetis Pontificiæ largita-  
 „tis argumentis, quæ illius Majoribus  
 „delata fuerunt, desiderari patiemur;  
 „Deumque optimum Maximum interea  
 „rogabimus, ut cælesti sua ope dirigat  
 „semper optimi Principis gressus in  
 „viam salutis, & pacis, illiusque ani-  
 „mum ad ea perficienda, quæ læta Ec-  
 „clesiæ, læta Reipublicæ, læta itidem  
 „Apostolicæ Sedi esse possint, assidue  
 „magis inflamment &c. „

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

§. LIII.

*Oratio summi Pontificis ad Cardinales de obitu Antonii Ulrici Brunsvico - Luneburgensis Ducis.*

Postquam summus Pontifex de Antonii Ulrici Brunsvico - Luneburgensis Ducis obitu per Henriettæ ejus Filix literas certior factus erat, die septima Maij secretum, ut vocant, celebravit Consistorium, in quo præsentibus cunctis Cardinalibus tristitiam suam luculenta hac oratione testabatur, eos ita allocutus:

*Orat. Consist. Clem. XI. p. 106.**Venerabiles Fratres!*

„Quatuor fere lapsi sunt anni, ex  
 „quo maxima cum animi nostri lætitia  
 „vobis ex hoc loco significavimus, An-  
 „tonium Ulricum Ducem Brunsvicen-  
 „sem & Luneburgensem, inclitæ suæ stir-  
 „pis Principem & Caput, nullo præci-  
 „pitis consilii incitamento commotum,  
 „nulla ingenii inconstantia impulsus,  
 „nulla temporalis sui commodi illecebra  
 „allectum, post diuturnam complurium  
 „annorum deliberationem, post præ-  
 „visum ingruentium sibi discriminum,  
 „ac molestiarum gravissimum cumulum,  
 „sola agnitæ veritatis ratione excita-  
 „tum, sola supernæ gratiæ illustratione  
 „per-

Y y 3

„per-

Sæc. XVIII. „persuasum, solo animæ suæ salutis de-  
 A. C. 1714. „fiderio incensum, Lutheranæ hære-  
 „seos, in qua natus, educatusque fue-  
 „rat, erroribus palam ejuratis, Catho-  
 „licam fidem amplexum fuisse. Acer-  
 „bum hodie ac vere luctuosum ejusdem  
 „Principis obitum, quem Nos novissi-  
 „me non sine magno paterni cordis  
 „nostri mærore audire potuimus, vo-  
 „bis similiter denunciamus; non dubi-  
 „tantes, quin animos æque vestros  
 „pari tristitia afficiat gravis hæc Or-  
 „thodoxæ Religionis jactura, quam in  
 „amisso Principe sanctæ huic Sedi mi-  
 „rum in modum addicto summopere  
 „dolemus, plurimum sane lenire pos-  
 „sunt dolorem nostrum non minus exi-  
 „miæ defuncti Principis virtutes, quam  
 „mors ab eo piissime & constanti, at-  
 „que hilari animo obita; postquam sci-  
 „licet ille Zelo Domus Dei mirifice in-  
 „census, primum quidem magnificam  
 „Ecclesiam in Brunsvicensi civitate ad  
 „usum Catholicorum extrui, atque  
 „exornari curaverat: Deinde vero pau-  
 „cis ante obitum diebus Natorum, ita-  
 „tuumque suorum obtento consensu,  
 „liberum, publicum, atque perpetuum  
 „Orthodoxæ Religionis exercitium suis  
 „in ditionibus stabiliverat; quo sane  
 „magno confecto, absolutoque opere  
 „non aliud potius exoptare mira animi  
 „sui



„sui exultatione professus fuit optimus <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 „senex, quam ut numerus dierum suo- <sup>A. C. 1714.</sup>  
 „rum finiretur brevi, quemadmodum  
 „annuente Domino ejus votis, re ipsa  
 „contigit. Hæc profecto sunt, quæ  
 „non minus lacrimas nostras absterge-  
 „re, quam Nos magnam in spem ad-  
 „ducere possunt, ut quemadmodum  
 „Antonii Ulrici memoria in benedi-  
 „ctione est, ac diu erit in terris, ita  
 „ipse debito nunc virtutibus suis præ-  
 „mio potiatur in cælis: sed adhuc pro  
 „anima Principis de Catholica Ecclesia  
 „& de Apostolica Sede multis Nomi-  
 „nibus meriti nostras ad Deum preces,  
 „atque suffragia deesse Christianæ cha-  
 „ritatis ratio non patitur. Quod sane  
 „& privatim hætenus Nos ipsi agere  
 „non prætermisimus, & vos similiter  
 „exequi vehementer optamus, quini-  
 „mo id ipsum publicis quoque exequiis  
 „in Ecclesia Collegii de propaganda  
 „fide coram iis ex vobis, qui ejusdem  
 „propagandæ fidei negotiis præpositi  
 „sunt, quamprimum celebrandis, præ-  
 „stari mandavimus. Faxit Deus, ut  
 „quod memoratus Princeps anxiiis adeo  
 „votis dum viveret, exoptaverat, e  
 „superna statione opus perficiat, ut ni-  
 „mirum non modo reliqui omnes cla-  
 „rissimæ suæ Domus Principes, sed  
 „universi etiam populi illius ditioni  
 „sui

Sæc. XVIII. „subjecti monstratam ab eo viam feliciter ineant, novaque, ac splendida  
A. C. 1714. „Romanæ Ecclesiæ adjiciant ornamenta. „

Integram hanc Pontificis orationem inserere constitui, ut de sincera clarissimi hujus Ducis conversione et luculento hoc testimonio fides augeatur, & Acatolici quidam, qui Neconversorum transitum plerumque conquisitis maculis contaminare solent, confundantur.

## §. LIV.

*Pontificis sententia contra Siculæ Monarchiæ Ministros.*

*Vid. supra  
 pag. 442.  
 Bullarm.  
 Magn.  
 Clem. XI.  
 pag. 303.*

Jam supra de gravissima contentione Papam inter & Siciliæ Proregem exorta ob Tedeschium Liparensem Episcopum dire vexatum, & Didacum Hurtado ejus Vicarium Generalem injuste detentum, mentionem fecimus: cum autem Papa vibratas a se censuras per Monarchiæ Siculæ Tribunal, quod sibi amplissimam potestatem in universam Ecclesiasticam jurisdictionem arrogabat, non modo eludi cerneret, sed insuper eidem Pontifici nuperrime nuntiatum esset, quod Siciliæ Prorex Josephum Migliaccium Messanensem Archiepiscopum, Franciscum Ramirez Agrigentinum,

num, & Andream Riggium Episcopus Sæc. XVIII.  
 pupm Catanensem, intra viginti quatuor A. C. 1714.  
 tuor horas ab Urbe, & infra triduum  
 a toto Regno expelli jussisset, eoquod  
 hi Sacræ Congregationis edictum die  
 decima sexta Januarii ante biennium  
 contra hujus Monarchiæ usurpationes  
 emanatum in suis Diæcesibus promul-  
 gassent, atque immunitatis Ecclesia-  
 sticæ violatores anathemate irretitos de-  
 clarassent, hinc Pontifex acerbiora reme-  
 dia opponere constituit. Enimvero omnes  
 hi tres Præsules cum armatam vim  
 aliis armis repellere haud possent,  
 aggressores excommunicatos palam de-  
 clararunt, atque urbes, totamque Diæ-  
 cesin, quisque suam interdicto Eccle-  
 siastico supposuerunt: Hanc igitur causam  
 summus Pontifex Cameræ Apo-  
 stolicæ judicibus anni prioris die se-  
 ptima Octobris, ut in violatæ im-  
 munitatis Ecclesiasticæ reos judicii  
 acta instruerent, commisit, eisque præ-  
 cepit, ut auctoritate Pontificia una-  
 omnes quovis modo hujus delicti com-  
 plices excommunicatos, omnibusque  
 & singulis censuris & pœnis in S. Ca-  
 nonibus, Conciliis & Constitutionibus  
 Apostolicis contentis innodatos, & a  
 fidelium consortio segregatos declara-  
 rent: quod etiam die vigesima tertia  
 Januarii hoc anno factum. Cum au-  
 tem

Sæc. XVIII. tem Franciscus Miranda Juris utrius-  
A. C. 1714. que Doctor, qui se Judicem Tribunalis  
 Monarchiæ Siculæ dicebat, censuras  
 ab Episcopo Cataniensi pronuntiatas  
 omnino nullas atque injustas, necnon  
 Interdictum ab eodem Episcopo civi-  
 tati & Diæcesi suæ appositum nullum  
 pariter iniquumque declarasset, hinc  
 Pontifex cuncta ab hoc Judice ejusque  
 Delegatis gesta die vigesima tertia De-  
 cembri anni prioris abolevit, & dam-  
 navit, confirmatoque interdicto ceteris-  
 que censuris ab Episcopo latis trans-  
 gressores in censuras Sedi Apostolicæ  
 reservatas incurrisse pronuntiavit.

Sub idem tempus Alphonfus Mer-  
 corella Liparenfis Civis subdole dispen-  
 sationem matrimonialem obtinuerat,  
 re autem Romam delata, ac dispen-  
 satione hac rejecta Didacus Hurtado Li-  
 parensis Vicarius Generalis, ne matrimo-  
 nium iniret, præfato Alphonso inhibuit,  
 qui tamen eodem instigante a Joanne  
 Baptista Gastaldo & Carolo Alconano,  
 qui se Siculæ Monarchiæ Tribunalis  
 Delegatos nominabant, urbe ac Diæ-  
 cesi violenter expulsus fuit, ut vero  
 læsæ immunitati consulere, vimque  
 vi repelleret, ambos hosce Delegatos  
 anathemati, & civitatem Diæcesinque  
 interdicto subjecit. Inde nova utrius-  
 que jurisdictionis collisio: mox enim  
 Jole.

Josephus Marotta Canonicus Panormi-<sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 tanus hujus Tribunalis Delegatus e-<sup>A. C. 1714.</sup>  
 dictum Regium die prima Februarii  
 promulgavit, quo Vicarii interdictum  
 omnino irritatum, cunctisque Eccle-  
 siasticis, ne ei pareant, præceptum  
 est: insuper idem Delegatus Parochum  
 Lipensem aliosque Ecclesiasticos, eo-  
 quod Vicarii edictum promulgassent,  
 & campanas funebri sono, dum Vica-  
 rius expelleretur, pulsasse insimulati  
 fuerint, in carceres detrudi jussit. Hæc  
 quamprimum Pontifici innotuerant, e-  
 dictum hoc, cunctaque alia a Siculis  
 decreta die septima Septembris abroga-  
 vit, reprobavitque, & Vicarii inter-  
 dictum omnino servari jussit: insuper  
 habito tamen hoc Pontificis mandato  
 quidam Ecclesiastici falsis doctrinis alios  
 ad interdicti violationem ob gravem  
 metum inducere, atque hanc transgres-  
 sionem, eoquod Pontifex ob pœnitent-  
 iæ spem censuræ executionem distu-  
 lisset, a Sede Apostolica approbari ja-  
 ctitarunt. Eapropter Pontifex die sexta  
 Novembris statuit, hoc Episcopi inter-  
 dictum esse omnino sub pœnis S. Sedi  
 reservatis observandum, sublata qua-  
 cunque exemptione, ac rejecto omni  
 metu vel cujusvis periculi obtentu.  
 Nec tamen hæc pœnarum severitas Si-  
 culi Tribunalis Ministros cohibuit, quo-  
 minus

Sæc. XVIII. minus per publicum edictum omnes  
 A. C. 1714. litteras Apostolicas, decreta, & man-  
 data, nisi Regium accedat *Placet*, esse  
 nulla declararent, eorumque executionem præpedirent.

§. LV.

*Monarchiæ Siculæ Tribunal a Papa  
 abrogatum.*

*Bullar. magn. Const. Clem. XI. pag. 148.*

Equidem Pontifex contra ejusmodi  
 edicta die vigesima nona Novembris & undecima Januarii reclamavit, cum autem Siculos minis hisce nullatenus terri animadverteret, acerbiora, invitus licet remedia adhibere statuit, ac præprimis die septima Decembris habito Purpuratorum Senatu suum ea, quæ Pastoralis officii ratio contra contumaces postulare videbatur, exequendi consilium aperuit, eos his alloquens verbis:

*Venerabiles Fratres!*

„Quatuordecim jam lapsi sunt anni,  
 „ex quo, nullo licet meritorum nostro-  
 „rum suffragio, placuit Divinæ boni-  
 „tati, cui proprium est infirma mundi  
 „eligere, humilitatem nostram ad su-  
 „premi Apostolatus fastigium evocare.  
 „Quantis interea, & quam gravibus  
 „ma-

„malorum procellis agitati semper fue- Sæc. XVIII.  
 „rimus, optime nostis; quippe qui in A. C. 1714.  
 „partem sollicitudinis nostræ vocati,  
 „magnam etiam calamitatum nostra-  
 „rum partem sustinuitis. Lætiora in  
 „posterum sperare nos jubebant vota  
 „illa, quæ Nobis in anniversario as-  
 „sumptionis nostræ die nuperrime de-  
 „tulistis, & crastina die decimum quin-  
 „tum Pontificatus Nostri annum, be-  
 „nedicente Domino, ineuntibus pro  
 „constituto humanitatis vestræ more ite-  
 „rum deferetis. Dolemus tamen ex  
 „animo nedum vere nullam effulgere  
 „adhuc spem temporis serenioris: sed  
 „quod maxime deplorandum est, nova  
 „semper in dies, & semper acerbiora  
 „a filiis perditionis Ecclesiasticæ liber-  
 „tati, Pontificæ Authoritati, imo e-  
 „tiam ipsimet Orthodoxæ religioni vul-  
 „sura infligi; adeo, ut si res eo, quo  
 „cæperunt, gradu procederent, & pos-  
 „sent divina promissa deficere, brevî  
 „profecto fieret, ut manante ab iis, in  
 „quibus hæc accidunt, ad alias Ca-  
 „tholici orbis Provincias exempli con-  
 „sensione, nullam propemodum ubi-  
 „que gentium Ecclesiæ reverentiam,  
 „nullum Nobis, & huic sanctæ Sedi  
 „pristinæ dignitatis vestigium, nullam  
 „denique fidelibus in doctrina fidei cer-  
 „titudinem relinqui contingeret. Ve-  
 „rum,

„rum,

Sæc. XVIII. „rum, cælo etiam, & terra transeunti-  
A. C. 1714. „bus divinæ promissionis verba non  
 „transibunt. Respiciet Dominus de  
 „cælo, visitabit, perficiet, & custo-  
 „diat vineam, quam plantavit: erit ipse  
 „nobiscum usque ad consummationem  
 „sæculi: aderit Nobis, aderit Eccle-  
 „siæ, aderit causæ suæ, si Nos officio  
 „nostro non defuerimus. Decretum pro-  
 „inde Nobis. fixumque est ad tot, tan-  
 „tasque Ecclesiæ, Apostolicæ Sedi, ac  
 „ipsi religioni illatas injurias vindican-  
 „das ea omnia, adspirante supremi Pa-  
 „storis auxilio, quamprimum exequi,  
 „quæ injuncti Nobis, divinitus Apo-  
 „stolici muneris ratio postulat, quæ-  
 „que enixis tam nostris, quam alio-  
 „rum precibus imploratum cælestis gra-  
 „tiæ lumen ostenderit. Idcirco me-  
 „moriam recolentes tunc maxime Apo-  
 „stolorum Principi, cujus locum et  
 „meriti tenemus, cæleste præsidium  
 „adfuisse, cum oratio fieret sine intermis-  
 „sione ad Deum pro eo, ad communes  
 „hujus Almæ Urbis Christi fidelium  
 „preces confugere decrevimus, atque  
 „ut hoc ipsam promptius peragatur,  
 „Ecclesiæ thesauros, quorum dispensa-  
 „tionem Nobis credidit Altissimus,  
 „Apostolica liberalitate, protulimus:  
 „iisdem scilicet fidelibus certa pietatis  
 „opera adimplentibus nonnullas de in-  
 „junctis



„junctis eis, aut alias quomodolibet Sæc. XVIII.  
 „debitis pœnitentiis relaxantes: ac A. C. 1714.  
 „insuper plenariam omnium peccato-  
 „rum suorum indulgentiam in forma  
 „Jubilæi illis concedentes, qui intra  
 „spatium duarum sequentium hebdo-  
 „madarum jejunaverint, quarta, &  
 „sexta feria, ac sabbato alterius ex  
 „hebdomadis hujusmodi, necnon Ba-  
 „silicas S. Joannis in Laterano, Prin-  
 „cipis Apostolorum, & sanctæ Mariæ  
 „Majoris, vel earum aliquam visitave-  
 „rint, & ibidem oraverint, ac peccata  
 „sua confessi sacram communionem  
 „sumpserint, pauperibusque Eleemosy-  
 „nam, prout sua cuilibet pietas suase-  
 „rit, erogaverint. Agite igitur Vene-  
 „rabiles Fratres, quorum præstanti o-  
 „pera, ac consiliis, & juvari debemus,  
 „& utimur libentissime: opportuno hoc  
 „atque acceptabili tempore Dominici  
 „adventus Deum optimum Maximum,  
 „qui est multæ misericordiæ omnibus  
 „invocantibus eum, jugiter obsecrate,  
 „ne viribus deficiamus, sed veniat in  
 „nos spiritus sapientiæ, & intellectus  
 „& spiritus consilii, & fortitudinis, spi-  
 „ritus scientiæ, & pietatis, quo timi-  
 „dæ cogitationes, & incertæ Providen-  
 „tiæ nostræ roborentur, ut strenue  
 „vobiscum stantes in prælio, atque  
 „opponentes murum pro domo Israel,  
 „for-

Sæc. XVIII. „fortiter illius causam tueri possimus,  
 A. C. 1714. „a quo Nos per beatum Petrum, ejus-  
 „que successores potestatem accepimus  
 „in terris maximam, quæ in indigno  
 „hærede non deficit.”

Postmodum re maturius perpensa  
 prætensam Monarchiam Siculam, ejus-  
 que Tribunal, Judices, Ministros &  
 Officiales quoscunque abolevit, die  
 vigesima Februarii promulgata hac  
 Constitutione:

*Bull. J. c.*

„Cum Divina ordinatione, sacro-  
 „rumque Canonum definitionibus, Ec-  
 „clesiasticæ ac sæcularis potestatis di-  
 „screta sint munera, nemo prope est,  
 „qui ignoret, gravissimos viros eximia  
 „non minus pietate conspicuos, quam  
 „Zelo incorruptæ disciplinæ celebres,  
 „sacræque Antiquitatis cognitione præ-  
 „claros, magnas protulisse querelas de  
 „eo Regni Siciliæ Tribunali, quod Mo-  
 „narchiam appellant, sanctæ Romanæ  
 „Ecclesiæ primatui ipsamet sui nomi-  
 „nis novitate plurimum injurioso, in  
 „quo scilicet, non sine aperta sacrarum  
 „legum violatione spiritualia jura san-  
 „ctuarii per sæcularem potestatem ad-  
 „ministrari noverant, prætensæque  
 „Pontificiæ legationis titulo acerbissi-  
 „ma Apostolicæ Sedis authoritati vul-  
 „nera infligi deplorabant. Ut talem  
 „proinde, ac tantam Ecclesiasticæ  
 „Juris

„Jurisdictionis perturbationem, quan- Sæc. XVIII.  
 „tum in ipsis erat funditus everterent, A. C. 1714.  
 „luculentis commentariis primo qui-  
 „dem planum facere studuerunt, non  
 „obscuris indiciis deprehendi Privile-  
 „gium illud, quo sæculares Ministri  
 „Monarchiam Siculam suffultam esse  
 „contendunt, quodque dudum Roge-  
 „rio Siciliae comiti a fel. recor. Urbano  
 „Papa secundo prædecessore nostro con-  
 „cessum ferunt, vel omnino fictum, ac  
 „comentitium esset, vel saltem insignis  
 „alicujus veteratoris fraude corruptum,  
 „ac depravatum. Nullum denique in  
 „eo, licet verum esset, ac minime vi-  
 „tium, supradictæ Monarchiæ vesti-  
 „gium reperiri, sed pravos potius ple-  
 „rosque illius tribunalis, usus ipsismet  
 „allati Privilegii verbis coerceri decla-  
 „rarunt; cum nullam per hujusmodi  
 „privilegium ejusdem Rogerio Comiti  
 „Ecclesiastici Juris dicendi facultatem  
 „tributam fuisse contenderent, sed fi-  
 „lialis auxilii partes duntaxat deman-  
 „datas, ut Apostolicas Ordinationes  
 „pro sua in Ecclesiam reverentia exe-  
 „queretur.,,

„Addiderunt præterea, tametsi de-  
 „cantatam illam Apostolicæ Legatio-  
 „nis potestatem, ac Monarchiam, me-  
 „morato Rogerio Comiti, atque ejus  
 „filio Simoni, sive alteri, qui legitimus  
*Hist. Eccles. Tom. LXVIII.* Zz illius

Sæc. XVIII., illius hæres extitisset, idem Urbanus  
A. C. 1714., prædecessor concessisset, imo etiam  
 „ad alios ipsius hæredes, quod fallum  
 „omnino censuerunt, extendisset, nun-  
 „quam profecto illam ad omnes pro-  
 „miscue Siciliae Reges propagari po-  
 „tuisse, aut ita cum temporalibus ju-  
 „ribus Regni coalescere, ut in quam-  
 „dam veluti sæcularis Imperii præro-  
 „gativam evaderet. Ad hæc pluribus  
 „documentis probarunt prædicti Urbani  
 „prædecessoris Privilegium, si quod  
 „unquam concessum fuisset, etiam cum  
 „ea potestatis amplitudine, quam Mo-  
 „narchiæ Magistratus temere arripue-  
 „runt, (quod tamen illi sine gravi ipsius  
 „Urbani prædecessoris, acerrimi Ec-  
 „clesiasticorum jurium, ac fortissimi  
 „vindicis injuria nequaquam dici posse  
 „constanter asserere) abrogatum post-  
 „ea fuisse iteratis plurium Romano-  
 „rum Pontificum etiam prædecessorum  
 „nostrorum literis, ac decretis, quibus  
 „nullo obstante Rescripto, quod ab ea-  
 „dem Apostolica Sede fuisset impetra-  
 „tum, Romanæ Ecclesiæ jura etiam  
 „quoad legationes, & appellationes in  
 „Regno prædicto restituta fuerunt,  
 „ipsis Siciliae Regibus subortos contra  
 „Ecclesiasticam Immunitatem abusus  
 „palam detestantibus, atque ejuranti-  
 „bus. Postremo, quoniam optimi  
 „legum

Sæc. XVIII.

A. C. 1714.

„legum ac privilegiorum interpres est  
 „consuetudo, hujus etiam plurimis te-  
 „stimoniis Monarchiam præfatam im-  
 „probare non omiserunt, recensentes  
 „scilicet frequentissimas post ejusdem  
 „Urbani prædecessoris tempora, Apo-  
 „stolicas in Siciliam missas Legatio-  
 „nes, delatas ad Sedem prædictam  
 „appellationes, aliosve in Sicularum  
 „caussis Pontificiæ autoritatis edictos  
 „actus, quibus asserta memoratæ Mo-  
 „narchiæ Privilegia cohærere, minime  
 „poterant. Mirandum idcirco sibi vi-  
 „deri, quo pacto nonnisi post plurium  
 „sæculorum silentium emergere potue-  
 „rint, & confestim ad tantam ampli-  
 „tudinem progredi prætensæ legationis  
 „facultates, quarum diploma superio-  
 „res Siciliæ Reges nunquam produxe-  
 „rint, iis præsertim in controversiis, in  
 „quibus illud maximo usui rebus suis  
 „fuisse habituri, hæc omnia neque  
 „illustrium scriptorum auctoritate, nec  
 „pluribus historiæ monumentis, nec  
 „valido demum argumentorum robore  
 „destituta esse Majores nostri probe a-  
 „gnoverunt. Maluit nihilominus huc-  
 „usque Apostolica Sedes de Catholico-  
 „rum Principum religione confisa, a  
 „Sicularum Regum pietate, quos pa-  
 „ternis identidem monitis ad id hor-  
 „tari, atque excitare non prætermisit,

Zz 2

„opta-

Sæc. XVIII. „optatam atque integram Ecclesiæ li-  
 bertatem præstolari, quam posita ad  
 A. C. 1714. „radicem securi invec̄tæ servitutis cau-  
 „fas, quas tamen interea nunquam ap-  
 „probavit, imo sæpius reprobavit, ex-  
 „scindere.

„Cum autem ex diuturna patientia  
 „adeo indies ingravescere, ac præles-  
 „tim ab aliquot annis in tantum Apo-  
 „stolicæ potestatis contemptum grassari  
 „malum perrexerit, ut in eos novissi-  
 „me abusus eruperit, qui nimium om-  
 „nibus innotescunt, aperteque pate-  
 „ciunt ultra visibile illud Ecclesiæ,  
 „quod a fidelibus unicum colitur, no-  
 „vum aliud, ac vere monstruosum in  
 „Regno Siciliæ ostentari caput, eidem  
 „Ecclesiæ super inductum, a quo sci-  
 „licet per summam, ac intolerabilem  
 „temeritatem, vero Ecclesiæ Capiti,  
 „ac Jesu Christi Vicario, quasi infestis  
 „signis, bellum palam indicitur, dum  
 „ab eo nostra, atque hujus sanctæ Se-  
 „dis Mandata rescinduntur, Literæ ac  
 „rescripta contemnuntur: Censuræ re-  
 „vocantur; illi insuper, qui Nobis, ac  
 „Sedi prædictæ debitam obedientiam  
 „exhibent, exilii, carceris, bonorum  
 „interceptionis aliisque gravioribus pe-  
 „nis severe plectuntur; ii demum, qui  
 „illamet ligandi, ac absolvendi pote-  
 „state, quam per beatum Petrum  
 „ejus

„ejusque Successores a Domino acce- Sæc. XVIII.  
 „pimus, ligati a Nobis sunt, nefarie A. C. 1714.  
 „solvuntur: alique contra, qui a No-  
 „bis soluti sunt, imprudentissime ligan-  
 „tur. Explorati vero, ac comperti ju-  
 „ris sit, invalescentibus corruptelis, e-  
 „tiam certissima ipsa ab eadem Sede  
 „concessa, ac sæpius confirmata Privi-  
 „legia omnino deleri, atque abrogari  
 „posse, imo etiam debere: cum legum  
 „omnium judicio Privilegium merea-  
 „tur amittere, qui permessa sibi ab-  
 „utitur potestate, nec unquam sit in-  
 „excusabilior abusus, quam cum is,  
 „qui Privilegium accepit, adversus eum,  
 „qui illud concessit, insurgit, ejusque  
 „jussionibus pertinaciter obsistere non  
 „veretur: merito propterea rec. mem.  
 „Alexandro Papa III. etiam prædecef-  
 „fore nostro quibusdam Archiepiscopis  
 „& Episcopis scribente: *pro certo scia-*  
 „*tur, quod Nos concessa vobis privilegia*  
 „*decurtabimus, cum Ecclesiæ Romanæ scri-*  
 „*ptis authenticis obviare minime timeatis?*  
 „Hinc est, quod Nos, pro commissi  
 „Nobis divinitus Pastoralis muneris  
 „debito sacrificare Sacrificium justitiæ  
 „& Ecclesiæ Dei jura, ac libertatem,  
 „necnon hujus sanctæ Sedis auctori-  
 „tatem, dignitatemque constanter, ac  
 „viriliter propugnari parati, nihil pro-  
 „fecto de Nobis, sed omnia de eo præ-  
 „fumen-

Sæc. XVIII. „fumentes, qui Nos confortat, & ope-  
A. C. 1714. „ratur in Nobis, exurgere tandem in  
 „Domino, atque ut iudicium nostrum  
 „de vultu illius prodeat, divina eius  
 „ope enixis, tam nostris, quam aliorum  
 „precibus humiliter prius implorata,  
 „abominationem desolationis stantem  
 „in loco sancto, Apostolicæ districtio-  
 „nis sarculo radicitus evellere, atque  
 „extirpare decrevimus; probe agno-  
 „scentes liberum jam Nobis non esse  
 „diuturniori longanimitate committere,  
 „ut Siculæ Monarchiæ Privilegiorum  
 „obtentu Ecclesiastici Ordinis dignitas  
 „penitus collabatur. „

„Habita itaque super præmissis cum  
 „particulari Congregatione nonnullor-  
 „rum Venerabilium Fratrum nostro-  
 „rum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi-  
 „nalem Immunitati Ecclesiasticæ &  
 „Controversiis jurisdictionalibus præ-  
 „positorum, necnon quorundam di-  
 „lectorum Filiorum Romanæ Curiæ  
 „prælatorum, qui rem mature discul-  
 „serunt, ac diligenti deliberatio-  
 „ne, auditisque insuper hac in re,  
 „quampluribus in sacra Theologia Ma-  
 „gistris, & in Decretis Doctoribus, qui  
 „omnes unanimi voce adversus Monar-  
 „chiam præfatam ad Nos clamant.  
 „propheticum illud repetentes: *su-  
 „cite arborem, & dissipate eam: Omnium  
 „deni-*



„denique & singulorum, si quæ sint, Sæc. XVIII.  
 „Privilegiorum, seu indultorum tam a A. C. 1714.  
 „memorato Urbano, quam ab aliis qui-  
 „buscumque Romanis Pontificibus præ-  
 „decessoribus nostris eidem Monarchiæ,  
 „illiusque Tribunali quodocunque &  
 „quacunque ex causa concessorum,  
 „& quantiscunque vicibus confirmato-  
 „rum, necnon quarumcunque, si quæ  
 „pariter sint, desuper expeditarum lit-  
 „terarum tenores, & datas, ac cir-  
 „cumstantias quaslibet præsentibus pro-  
 „plene, & sufficienter expressis, & in-  
 „sertis; Personarum vero, in quarum  
 „favorem Privilegia, seu indulta hu-  
 „jusmodi concessa asseruntur, qualita-  
 „tes, ac dignitates quantumcunque  
 „sublimes, & in Laicali Ordine supre-  
 „mas, necnon ejusdem Tribunalis ju-  
 „dicis, Notariorum, scribarum, Mini-  
 „strorum, seu officialium quorumlibet  
 „nomina, & agnomina, aliave quæ-  
 „cunque etiam specificam, & indivi-  
 „duam mentionem requirentia pro ple-  
 „nissime & exactissime specificatis ha-  
 „bentes: de eorundem Cardinalium  
 „consilio pariter, & assensu, & etiam  
 „proprio motu, & ex certa scientia;  
 „& matura deliberatione nostra, de-  
 „que Apostolicæ potestatis plenitudine,  
 „prætensam Apostolicam Regni Siciliae  
 „Legationem, ac Monarchiam nuncu-  
 „patam,

Sæc. XVIII. „patam, ejusque assertum Tribunal,  
 A. C. 1714. „unacum illius judicis, Notariorum,  
 „scribarum, Ministrorum, aliorumque  
 „officialium quorumlibet quovis nomine  
 „nuncupatorum dignitatibus officiis &  
 „Ministeriis, quibuscunque omnique  
 „eorum titulo, essentia, ac denomi-  
 „natione tenore præsentium perpetuo  
 „extinguimus, supprimimus, & abo-  
 „lemus: Nec non omnia, & singula  
 „Privilegia, Facultates, & Indulta,  
 „si quæ sint, tam specialia, quam ge-  
 „neralia illis, & illorum cuilibet, a  
 „quibuscunque Romanis Pontificibus  
 „Prædecessoribus nostris ex quacum-  
 „que causa, ex quorumcunque meri-  
 „torum intuitu, & contemplatione,  
 „seu alias quomodolibet concessa, ac  
 „pluries confirmata & innovata, peni-  
 „tus, & omnino rescindimus, cassa-  
 „mus, delemus, revocamus, & abro-  
 „gamus, volentes propterea, ac man-  
 „dantes, ut illam omnia pro extinctis,  
 „suppressis, & abolitis, necnon respe-  
 „ctive rescissis, cassatis, deletis, revo-  
 „catis, & abrogatis, ab universis Chri-  
 „stifidelibus perpetuo haberi, ac repu-  
 „tari debeant, adeoque eisdem christi-  
 „fidelibus, cujuscunque status, gradus  
 „conditionis, qualitatis, Ordinis, præ-  
 „eminentia, ac dignitatis, sive Eccle-  
 „siasticæ, sive Laicalis, etiam specia-  
 „lem,

„lem, & individuum expressionem re- Sæc. XVIII.  
 „quirentis, existant, harum serie in- A. C. 1714.  
 „terdicentes, ne aliquid unquam, quod  
 „extinctioni, suppressioni, abolitioni,  
 „aliisque præmissis directe, vel indi-  
 „recte, seu alias quomodolibet adver-  
 „setur, facere, moliri, seu attentare  
 „quoquo modo audeant, vel præsu-  
 „mant, sub pœna excommunicationis  
 „latæ sententiæ, per contrafacientes  
 „absque alia declaratione ipso facto  
 „incurrenda, a qua nemo a quoquam,  
 „præterquam a Nobis, seu Romano  
 „Pontifice pro tempore existente, nisi  
 „in mortis articulo constitutus, absolvi  
 „possit. „

Huic Constitutioni triginta duo  
 Cardinales unacum Cardinale Josepho  
 Prodatario subscripti legebantur.

§. LVI.

*Modus a Pontifice stabilitus circa fori  
 Ecclesiastici causas in Sicilia  
 Regno cognoscendas.*

Quoniam vero Pontifex hujus tribu- Bull. 1. c.  
 nalis abrogatione causas Siculas pag. 152.  
 ad Curia Romanæ tribunalia evocare,  
 nequaquam intenderet, hinc habita  
 matura deliberatione unice ad præca-  
 vendas gravissimas hæc offensiones,  
 & Ecclesiæ ac Pontificis honorem

Sæc. XVIII. vindicandum normam præscripsit, juxta  
A. C. 1714. quam deinceps in Siciliae Regno causæ  
 ad forum Ecclesiasticum spectantes sine litigantium dispendio in ipsomet  
 Regno rite cognosci possent: Hujus  
 autem formæ articuli erant sequentes:

I. „Causæ omnes ad forum Eccle-  
 „siasticum, quomodolibet pertinentes,  
 „cujuscunque sint generis, in pri-  
 „ma instantia coram Ordinariis loco-  
 „rum duntaxat cognoscantur, nec ab  
 „eorum Tribunali avocari possint, nisi  
 „titulo tantum appellationis a sententia  
 „definitiva, aut ab interlocutoria de-  
 „finitivæ vim habente, cujus grava-  
 „men per Appellationem a definitiva  
 „reparari nequeat, nisi vel integro  
 „biennio a die motæ litis computando  
 „coram ipsis Ordinariis pependerint  
 „indecisæ, quemadmodum Tridentini  
 „Concilii Decreto in Cap. causæ omnes  
 „Sess. XXIV. de reformat. salubriter  
 „cautum est, quod si secus fiat, quæ-  
 „vis Appellatio, inhibitio, aut senten-  
 „tia ad ejusdem Concilii præscriptum eo  
 „ipso irrita sit, ac nullius prorsus ro-  
 „boris vel momenti..

II. „A sententia Ordinarii ad Me-  
 „tropolitanum, vel ad alium Episco-  
 „pum Metropolitanæ loci a Nobis sub-  
 „rogatum, juxta ordinem inferius præ-  
 „scribendum, appelletur, servata in  
 „omni

„omnibus forma, quæ a supradicto Sæc. XVIII.  
 „Concilio sancitur.„ A. C. 1714.

III. „Ubi vero Metropolitanus vel  
 „Episcopus Metropolitani loco, ut præ-  
 „fertur, subrogatus, in causa pronun-  
 „tiaverit, partibus, vel earum alteri  
 „liberum sit ab illius sententia ad Apo-  
 „stolicum Delegatum provocare, ser-  
 „vato Ordine, de quo infra, ac ipsius  
 „Concilii præscripto.„

IV. „Quicumque a sententia, vel  
 „decreto Apostolici Delegati gravatum  
 „se senserit, ad Nos, seu Romanum  
 „Pontificem pro tempore existentem  
 „poterit appellare, a quo causæ co-  
 „gnitio judici Ecclesiastico in partibus  
 „Siciliæ committatur per literas Apo-  
 „stolicas necessariis, & opportunis  
 „clausulis, prout juris fuerit, munien-  
 „das, ac ea potissimum, quod si par-  
 „tes in ullum non consenserint, alium  
 „ipse deputare valeat iisdem partibus  
 „non suspectum.„

V. „In causis beneficialibus valo-  
 „rem viginti quatuor ducatorum auri  
 „de Camera, necnon in profanis sum-  
 „mam quinquaginta ducatorum simi-  
 „lium non excedentibus, pars, quæ a  
 „Judicio Delegati Apostolici gravamen  
 „illatum sibi fuisse conquereretur, ut  
 „Appellationis remedio consulere sibi  
 „possit, adibit tres iudices synodales  
 „anti-

Sæc. XVIII „antiquiores Diæcesis ejusdem Delegati,  
 A.C. 1714 „qui tanquam arbitri, an appellatio  
 „rejici, vel admitti debeat, & quibus  
 „clausulis caussa sit committenda, præ-  
 „vio diligenti examine dispicient, quod  
 „si caussam committendam esse censue-  
 „rint, ipsi, tanquam Apostolici Dele-  
 „gati, judicem deputabunt partibus  
 „non suspectum, hunc autem in finem  
 „prædictis judicibus synodalibus quas-  
 „cunque facultates necessarias, ac op-  
 „portunas, concedimus, & impeti-  
 „mur. „

VI. „Porro in caussis, in quibus  
 „conservatores Regularium Decretum,  
 „vel sententiam tulerint, qui se ab il-  
 „lis gravatum existimaverit, recurrere  
 „similiter poterit ad tres antiquiores  
 „judices synodales illius Diæcesis, ubi  
 „judicium latum est: qui quidem ju-  
 „dices, tanquam arbitri, cognitio ut-  
 „riusque partis juribus, statuent, an  
 „appellatio rejici, vel admitti, & qui-  
 „bus clausulis caussa committi debeat,  
 „quod si caussam committendam esse  
 „duxerint, tanquam Apostolici Dele-  
 „gati, judicem deputabunt partibus  
 „non suspectum cum omnibus faculta-  
 „tibus necessariis & opportunis. Ce-  
 „terum qui a sententia, aut decreto  
 „hujus secundi Judicis gravatum se  
 „senserit, adibit tres antiquiores Judi-  
 „ces

„ces Synodoles Metropolitanæ Diæ-  
 „cesis, vel illius, quæ Metropolitanæ  
 „locum obtinebit in ordine inferiori  
 „præscribendo, qui sane Judices alium  
 „deputabunt judicem ea prorsus ra-  
 „tione, quæ supra quoad modum ap-  
 „pellandi judicia Conservatorum præ-  
 „scripta fuit. Omnibus autem præ-  
 „dictis iudicibus synodalibus tam Me-  
 „tropolitanæ, quam alterius Diæcesis,  
 „quascumque Facultates ad præmissio-  
 „rum effectum necessarias, & oppor-  
 „tunas concedimus & impertimur.,

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1714.

VII. „In criminalibus causis Regu-  
 „larium, quando hi deliquerint intra  
 „claustra, Tridentini Concilii, & pe-  
 „culiarium illius ordinis, quem quili-  
 „bet delinquens professus fuerit, con-  
 „stitutionum dispositio exacte servetur.  
 „Quod si delinquant extra claustra,  
 „vel extra Monasterium degant, ab  
 „Episcopis juxta ejusdem Tridentini  
 „Concilii, & Apostolicarum Constitu-  
 „tionum præscriptum judicentur, ac  
 „puniantur. Qui vero Episcopi judi-  
 „cio acquiescere detrectaverit, provocare  
 „poterit ad tres antiquiores iudices sy-  
 „nodales Diæcesis illiusmet Episcopi,  
 „a quo iudicatus fuit, qui plane iudi-  
 „ces, tanquam arbitri, an appellatio  
 „admittenda, vel rejicienda sit, & quo-  
 „modo causam committi oporteat,  
 „præ-

Sæc. XVIII. „prævio maturo examine decernent.  
 A.C. 1714. „Ubi vero eam committendam esse sta-  
 „tuerint, iudicem deputabunt partibus  
 „non suspectum cum omnibus Faculta-  
 „tibus necessariis & opportunis, quod  
 „si quis ab hujus secundi iudicis sen-  
 „tentia, vel Decreto, se gravatum pu-  
 „taverit, recurret ad tres iudices sy-  
 „nodales antiquiores Metropolitanæ  
 „Diœcesis, vel illius, quæ Metropoli-  
 „tanæ loco in ordine, de quo infra,  
 „subrogabitur. Hi autem iudices  
 „alium deputabunt iudicem, ea prorsus  
 „servata ratione, quæ supra quoad mo-  
 „dum appellandi a iudicio Episcopi san-  
 „cita fuit. Omnibus pariter ante dictis  
 „iudicibus synodalibus tam Metropoli-  
 „tanæ, quam alterius Diœcesis, quas-  
 „cunque Facultates ad præmissorum  
 „effectum quomodolibet necessarias &  
 „opportunas concedimus, ac imperi-  
 „mur. „

VIII. „Caveant tamen Ordinarii  
 „locorum, ne causis, quæ Majores  
 „nuncupantur, quæque apud Sedem  
 „Apostolicam tractari debent, sive in  
 „prima, sive etiam in alia ulteriori in-  
 „stantia, ullo pacto sese ingerant, aut  
 „immiscant: sed illæ juxta memorati  
 „Tridentini Concilii, sacrorum Ca-  
 „nonum & Apostolicarum Constitutio-  
 „tum præscriptum, in Romana tan-  
 „tum



„tum Curia, vel a iudicibus, quos Sæc. XVIII.  
 „Romanus Pontifex, pro tempore exi- A. C. 1714.  
 „stens, specialiter deputaverit, cogno-  
 „scantur.„

IX. „Nulli præterea ex supradictis  
 „sive primæ, sive secundæ, sive etiam  
 „tertix instantix iudicibus, nec cui-  
 „quam alteri Ecclesiastico iudici, cu-  
 „juscunque gradus, & conditionis exi-  
 „stat, tametsi Legati a Latere dignitate  
 „insignitus reperiatur, ullo unquam  
 „tempore liceat quempiam absolvere,  
 „etiam cum reincidentia, & ad effectum  
 „agendi tantum, a censuris Ecclesia-  
 „sticis per literas die cænæ Domini sin-  
 „gulis annis legi, & promulgari soli-  
 „tas, sive alias Apostolicas constitu-  
 „tiones inflittis, quarum absolutio soli  
 „Romano Pontifici reservatur, caveant-  
 „que omnes antedicti, ne postquam  
 „eædem censuræ ab ipsis declaratæ, &  
 „promulgatæ fuerint, ullo modo sese  
 „ingerant, aut immisceant cognitioni,  
 „an illæ, earumve declaratorix vali-  
 „dæ, aut nullæ, justæ, aut injustæ  
 „sint; cum ejusmodi cognitionem Ro-  
 „mano duntaxat Pontifici pro tempore  
 „existenti, & Congregationi ejusdem  
 „S. R. E. Cardinalium Immunitati Ec-  
 „clesiasticæ, & controversiis jurisdic-  
 „tionalibus præpositæ ad id ab Apostolica  
 „Sede specialiter deputatæ, privative  
 „quo-

Sæc. XVIII. „quoad omnes alios competere satis  
 A. C. 1714. „constet. „

X. „Attento nihilominus ingenti  
 „eorum numero, quos isthinc, præfer-  
 „tim ob notam Ecclesiastici Interdicti,  
 „cui civitates, ac Diæceses Catanien-  
 „sis & Agrigentina jussu nostro subjectæ  
 „fuerunt, violationem in ejusmodi  
 „censuras Nobis reservatas misere in-  
 „cidisse novimus, ut æternæ eorum sa-  
 „luti paterna charitate consulamus, sa-  
 „cultatem eos, qui non respuerint, ac  
 „humiliter id flagitaverint, absolvendi,  
 „ad certum tempus duraturam, istius  
 „Regni Episcopis impertiri non detre-  
 „ctabimus, quo facilius atque commo-  
 „dius iisdem censuris innodati sacra-  
 „mentis Ecclesiæ, & communioni fi-  
 „delium restitui possint. „

XI. „Causæ demum omnes, de  
 „quibus supra actum est, coram Archi-  
 „episcopis, Episcopis aliisque locorum  
 „ordinariis eo, qui inferius præscribi-  
 „tur, ordine imposterum tractandæ  
 „erunt. „

XII. „Prima Instantia juxta Tri-  
 „dentini Concilii dispositionem, ad Or-  
 „dinarium loci pertineat: ab Ordinario  
 „autem appellare liceat, & causæ in  
 „ulterioribus instantiis cognoscantur  
 „ut infra. „

XIII.

XIII. „Ab Archiepiscopo Panormi-  
tano appelletur ad Episcopum Ce-  
phaludensem, cujus sit secunda instan-  
tia; ab Episcopo Cephaludensi ad Epi-  
scopum Catanensem provocetur, ad  
quem, ut Delegatum Apostolicum,  
spectet tertia instantia. „

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

XIV. Ab Archiepiscopo Montis Re-  
galis appelletur ad Episcopum Pa-  
ctensem & ab hoc ad Episcopum Ma-  
zariensem ut Delegatum Apostolicum. „

XV. „Ab Archiepiscopo Messanensi  
appelletur ad Episcopum Syracusa-  
num, & ab hoc ad Episcopum Cata-  
nensem ut Delegatum Apostolicum. „

XVI. „Ab Episcopo Catanensi ap-  
pelletur ad Archiepiscopum Montis  
Regalis ut Metropolitanum, & ab eo  
ad Episcopum Agrigentinum, ut De-  
legatum Apostolicum. „

XVII. „Ab Episcopo Syracusano  
appelletur ad Archiepiscopum Montis  
Regalis, & ab eo ad Episcopum Mas-  
sariensem ut Delegatum Apostolicum. „

XVIII. „Ab Episcopo Agrigentino  
appelletur ad Archiepiscopum Panor-  
mitanum, ut Metropolitanum, & ab  
eo ad Episcopum Syracusanum ut De-  
legatum Apostolicum. „

XIX. „Ab Episcopo Massariensi ap-  
pelletur ad Archiepiscopum Panormi-  
tanum ut Metropolitanum, & ab eo  
ad

Hist. Eccles. Tom. LXVIII. A a a „ad

Sæc. XVIII. „ad Archiepiscopum Messanensem ut  
 A. C. 1714. „Delegatum Apostolicum. „

XX. „Ab Episcopo Cephaludenfi  
 „appelletur ad Archiepiscopum Messa-  
 „nensem ut Metropolitanum, & ab eo  
 „ad Episcopum Agrigentinum ut Dele-  
 „gatum Apostolicum. „

XXI. „Ab Episcopo Pactensi appel-  
 „letur ad Archiepiscopum Messanensem  
 „ut Metropolitanum, & ab eo ad Ar-  
 „chiepiscopum Panormitanum ut De-  
 „legatum Apostolicum. „

XXII. „Ab Archimandrita Messa-  
 „nensi, qui Jurisdictionem quasi Epi-  
 „scopalem in nonnullis Oppidis, seu  
 „Locis Nullius Diæcesis Provinciæ Mes-  
 „sanensis exercere asseritur, appelletur  
 „ad Episcopum Catanensem, quem  
 „loco Archiepiscopi Messanensis Metro-  
 „politani subrogavimus, attentis plu-  
 „ribus litibus, quæ, ut etiam asseritur,  
 „inter eosdem Archiepiscopum, &  
 „Archimandritam pendent indecisæ.  
 „A dicto autem Episcopo Catanensi  
 „ad Archiepiscopum Panormitanum,  
 „ut Delegatum Apostolicum. „

XXIII. „Ab Abbate demum sanctæ  
 „Luciæ, qui similiter Jurisdictionem  
 „quasi Episcopalem in uno, seu pluri-  
 „bus oppidis, vel Locis nullius Diæce-  
 „sis, Provinciæ Messanensis exercere  
 „asseritur, appelletur ad Archiepisco-  
 „pum

„pum Messanensem, ut Metropolita- Sæc. XVIII.  
 „num, & ab eo ad Archiepiscopum A. C. 1714.  
 „Montis Regalis, ut Delegatum Apo-  
 „stolicum.”

XXIV. „Per præmissa tamen non in-  
 „tendimus dictorum Archimandritæ  
 „Messanensis, & Abbatis sanctæ Lu-  
 „ciæ assertam Jurisdictionem quasi Epi-  
 „scopalem ullatenus approbare, aut  
 „quidquam eis, seu eorum alteri in  
 „quorumvis aliorum præjudicium novi  
 „juris tribuere.”

XXV. „Ceterum omnibus, & sin-  
 „gulis Archiepiscopis & Episcopis Su-  
 „pradictis tam pro secunda loco Me-  
 „tropolitanorum subrogatis, quam pro  
 „tertia respective instantiis, sicut præ-  
 „mittitur, delegatis, ut omnes & sin-  
 „gulas causas ad eorum judicium de-  
 „cætero, ut supra deferendas cogno-  
 „scere, ac legitime definire possint, &  
 „valeant, quascunque Facultates ad  
 „id quomodolibet necessarias & oppor-  
 „tunas amplissime tribuimus ac elar-  
 „gimur.”

His ita sancitis summus Pontifex  
 Tribunalium Ecclesiasticorum Regni  
 Siciliae Tabulam juxta modum in præ-  
 fatis literis Apostolicis præscriptam  
 adjunxit, quæ in ipso Bullario ma-  
 gno Clementis XI. Papæ Const. 77.  
 pag. 154. continetur.

Aaa 2

§. LVII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1714.

§. LVII.

*Scriptorum religione Catholicorum  
obitus & lucubrationes.*

*Vid. supra*  
*t 66. l. 212.*  
*§. 3. lp. 280.*  
*Att. erud.*  
*p. 180. ad*  
*An. 1715.*  
*Du Pin*  
*Bibl. des*  
*Auth.*

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis, qui hoc anno obiit, paucos recensere, haud importunum erit: & primo quidem die vigesima octava Junii decessit Daniel Papebrochius Jesuita, qui in colligendis conscribendisque Sanctorum fastis Henschenio aggregatus, Sanctorum vitas in Mensibus Martio, Aprili, Majo & Junio occurrentes summa eruditionis copia, ac indefesso labore quatuordecim omnino tomis ad prælum promovit: Postquam vero acriter admodum calamo Carmelitani Ordinis antiquitatem & originem velut figmentum exploserat, hujusque Ordinis initium prorsus inepte ad Sæculum XII. rejecerat, tunc Carmelitæ vicissim calamos suos editis quamplurimis opusculis contra eum acuerunt, quibus tamen Papebrochius cum ne quidem respondere dignaretur, Carmelitæ atque inter eos præsertim Sebastianus a S. Paulo Provincialis ex ejusdem actis quamplurimas decerpserunt propositiones, quas velut hæreticas, falsas, temerarias, erroneas &c. apud Inquisitionem Hispanam denuntiarunt,

tiarunt, quo factò Anno 1695. die de- Sæc. XVIII.  
 cima quarta Novembris, (uti jam su- A. C. 1714.  
 pra memoravimus) Inquisitores edito  
 decreto omnes quatuordecim Pape- Elucid. Hist.  
 brochii tomos proscrisperunt: Pape- Act. in Con-  
 brochius vero lapidem, quo percussus trov. Carmel.  
 erat, mordens, scribere haud dubita- p. 67. edit.  
 vit, se non desperare . . . satis illumi- Antv.  
 nandos supremi istius Tribunalis Ministros,  
 quantumvis in re historica hætenus parum  
 versatos, ideoque facile pertractos a Car-  
 melitis in sententiam tam probrosam sibi  
 apud exteros omnes: spero, inquiebat,  
 fore, ut ex meis responsionibus intelligant,  
 auctores istos, quos suimet Scriptores tam  
 patentis arguunt fictionis, merito con-  
 temni a Scriptoribus externis, neque ho-  
 rum libros, majori quam in Hispania  
 fieret, libertate scriptos, esse condemnan-  
 dos, quia maluerint de Hispanicis Sanctis  
 vera, quam vulgo placentia tradere &c.  
 Nitebatur etiam Papebrochius caus-  
 sam suam editis tribus voluminibus  
 strenue defendere, novo tamen In-  
 quisitionis Hispanicæ Anni 1697. de-  
 creto notatus: Anno etiam Christi  
 millesimo septingentesimo die vigesi-  
 ma secunda Decembris & Anno 1757.  
 die decima tertia Junii Sacræ Romanæ  
 Inquisitionis Congregatio hujus Jesuitæ  
 conatum Chronico - Historicum ad Catalo-  
 gum Romanorum Pontificum in Indicem  
 Aaa 3 libro-

Sæc. XVIII. librorum prohibitorum rejecit, donec  
A. C. 1714. inde expungantur *Historiæ Conclavium  
 pro electione Romanorum Pontificum.*  
 Scripsit etiam Papebrochius separatim  
 Acta vitæ S. Ferdinandi Castellæ &  
 Legionis Regis cum posthuma illius  
 gloria, & etiam Annales Antverpia-  
 nos, usque ad Annum 1700. qui ta-  
 men nondum publicam aspexere lo-  
 cem. II. Simon Bougis Benedic-  
 tus Congregationis S. Mauri, qui e-  
 didit ideam Religiosi in operibus S.  
 Bernardi adumbratam, & medita-  
 tiones Christianas pro Novitiis & neo-  
 professis. III. Sebastianus a S. Joachi-  
 mo Carmelita Excalceatus, qui quin-  
 tum tomum Cursus Theologiæ Mora-  
 lis Salmanticensis edidit, & potio-  
 rem sexti tomii partem elaboravit.

## §. LVIII.

*Scriptores A catholici hoc anno de-  
 nati, eorum opera.*

Inter Scriptores A catholicos hoc anno  
 defunctos memorari merentur. I.  
 Gottfridus Arnold, qui scripsit veram  
 ideam primorum Christianorum, Hi-  
 storiam Ecclesiastico - Hæreticam, una-  
 cum supplementis emendatis & illust-  
 ratis, Theologiam experimentalem, di-  
 lucidationes de Sectariis, & sumptione  
 Cænz



Cænæ Dominicæ &c. vitas veterum Sæc. XVIII.  
 Patrum, honestum primorum Christia- A. C. 1714.  
 norum cælibatum & plurima alia teu-  
 thonico idiomate conscripta. II. Joannes  
 Riemer posteris reliquit centum  
 arcana politica, politicam Simiam,  
 Evangelicas parabolas, aliaque ejus-  
 modi opuscula. III. Georgius Beyer  
 edidit considerationes de jure Sab-  
 bathi & de jure Germaniæ. IV. Adam  
 Cnollenius prælo parabat sua schedias-  
 mata de Samaritanismo bifronte, scrip-  
 psit etiam de mari æneo, de mensu-  
 ris hebræorum, & de geometria  
 talmudica.

